lis proſunt ſi auditoribus nō poſ
ſunt. Vnde ſermo noſter non ſit
inanis. ſed aut ſuadeat q̄d bonuz
eſt. aut moneat aut ꝺſoleā. aut
puocet. aut inſtruat audientē.
vel corripiat delinquentē de hac
diſciplina loquendi dicitur Eccō.
v. Fili mi diſciplinam meam la
bia tua cōſeruent. Et Apoſto.
ad Ephe. iiij. Sermo veſter ſemp
ſit gratia et ſale conditus. Nam
bonus ſermo iuſte ſali compara
tur. qua ſicut ſal a putredine ſic
bonus ſermo a fetore male fame
nos conſeruat. Tercio loqui
mur quandoq̄ nec deo nec p̄xiō
ſed ad propriam vtilitatem et q̄
licuiſq̄ neceſſitate loqui oportu
no tpe nos dꝺcet. Q̄d cum fie
ri oportet cum maxima diſciplinā
corpis et moruz hoc facere ſtudea
mus. ſcz cum corporis ꝺpoſitōe.
membrorum ordinatione. matu
ra locutione. nō vocis exaltatio
ne. vt de nobis dici poſſit illud
Eccī. xlvij. In ſermone cōpoſita
ſint omnia. Nam ſicut Prouer.
xv. dicitur. Qui moderat ſermo
nes ſuos prudentiſſimus eſt. Ca
uentes illud improperium Yſai.
lviij. Cū deſieris digitum extēde
re et loqui quod non p̄deſt. orie
tur in tenebris lux tua Pro. vi.
Homo apoſtata eſt vir inutilis.
graditur ore peruerſo. ānuit ocu
lis. terit pede. machinat malu.
et omni tpe iurgia ſeminat. q̄a
vt dicitur Stultus in riſu exaltat
vocem ſuam. E. Tercio
in moribus noſtris et in oī cōuer
ſatione noſtra diſciplinam cōſer
uem⁹. vt in ſoluz in p̄ſentis locis
ſed a in moribus nris omnib⁹ diſci
plinate nos apud deū a homines

teneamus. capitis nostri inclinatione. oculorum depressione. risus submissione. mœsti iusta moderatione. et totius corporis compositione. Qñ suadet Ap̃s. ad Romanos. xij. vbi dicit. Prouidentes bona non solū coram deo sed etiam hoībus hoibus. Quod tribus modis facere debem̃. habitu actione sermone. Habitu ne sit notabilis. actione ne sit reprehensibil. sermone ne sit cōtemptibilis de hoc in priore mēbro dictum est. De habitu dicit Aug̃. Habitus tuus honestos mores exhibeat. disciplinam redoleat. maturitatez habeat. nō vt hoibus placeam̃. sed ne scandalū prebeam̃. a ne diuinum intuitū distortis moribz et lasciuis mœssibus offendam̃. Nam vt frequenter exterior disciplina bone opposita omis in mēte in dicīū ē. cū tāta discipline maturitate cōuersantes. vt dicatur de nobis. quod de beato Episcopo Malachia legim̃. Prima virt̃ habitus corporis. q̃ ita quasi vno semper modo se habuit. vt nil appareret in eo qđ posset offendere intuentes. totuz in eo disciplinatum. totum insigne virtutis. perfectionis forma. Vñ beatus Ber. In oi conuersatiōe tua solliciti̇ fis obseruare vias tuas. a in aspectu dei et in cōspectu proximi ea ueas tibi a peccato. et illi a scāndalo. Et subiūgit. Cuius ōmibus q̃ta et nemini onerosa est cōuersatio. huic sine dubio de ꝓpria salute vniuersa fratrū congregatio attestatur. F. Quarto disciplinémus corpus. hoc est castigationibus affligamus. Quia ait Ap̃s ad Hebreos. xij. Si extra disciplinā estis nō filij sed adulteri estis. Hec autem disciplina necessaria est post predicta vt si qo de disciplinis predictis obmissum fuerit. vel aliquid irrepserit per disciplinam corporis castigeē. Hec autem disciplina sicut et cetere ē plicitet variatur atq; tripliciter exercetur. scz in resistentia vitiorū. sufferētia aduersorum. in aggressione aduersorum. In hys tribus omnis castigatio continetur de hys dicit Eccl̃iastici. xxxiij. Cibaria et virga et onus asino. panis et disciplina et opus seruo Quod si corpus nostrum magis lasciuire cupiēs hec aggredi noluerit tūc latera eius ꝰga. Et Eccl̃i. xlij. Seruo pessimo latera sanguinare Vel possumus dicere secundum beatum Grego. q a trib̃ tripliciē disciplinamur Alia nāq; a deo. alia ab antiquo aduersario. alia a proximo sustinemus. A proximo nāq; persecutiones dāpna et contumelias. Ab antiquo aduersario temptamenta A deo etiam flagella toleramus Qualiter autem hec tria sufferanē statim subiungi dicens. Sed in hys tribus modis vigilanti oculo se metipsam mēs debet circumspicere. ne contra mala proximi ꝑtrahatur ad retributionez mali. ne contra temptamenta diaboli seducatur ad delectationem vel consensum delicti. ne cōtra flagella opificis ad excessū pruat murmuratiois. G. Seqt̃ fm principale. scz. ꝑcepit vob̃ In quo nob̃ innuit

vtilitas disciplīe. Nam ex predictis quatuor disciplis vtilitates totidem nobis surgunt. Quia ex disciplina cordis siue spirituali interiora mundantur. Ex disciplīa verbali merita cumulantur. ex disciplina morum virtutibus vitamur. ex disciplina corporali a futuris pēnis securamur. Et sic per quatuor ista exercitia anima nostra ad dei similitudinem a qua lōge per dissimilitudinem recesserat reformatur. vt per ista quatuor tanq̄ quatuor passibus ad deum redeat vnde venerat. Et hoc est qđ dicit beatus Bernardus. Ad ipsum a ab ipso conditus est aīm? vt ad ipsum sit conuersio eius. ad ymaginem enim et similitudinem eius conditus est. Vnde q̄p diu hic viuitur q̄ ꝑfectus potest accedat ad eum similitudine. a quo solo discedituꝰ dissimilitudine. vt sit hic sanct? sicut ille sanct? est. et in futurō beatus sicut ille beatus est. Quod adhuc taz figura q̄ scriptura poterit declarari. Figura. Nam sicut dicitur Gen. viij. Emisit Noe columbam de archa. nō vt extra maneret sed vt ad eum rediret. Ad hoc deus creando ifundens et infundendo creans mittit animas rationales. nō vt extra maneant sed vt ad eum redeant. ¶ Quod adhuc per aliqua euidētiora alia declaratur. Omnia enim entia particularia imperfecta. sicut ē aqua ignis terra ad sua principia a ad sua perfectiua naturali cursu tendunt vt in eisdem perficiantur. Vnde est. q̄ omnis aqua particularis naturali suo cursu redit ad mare. vt in eo tanq̄ in suo perfectibili perficiatur Eccēs. i. Omnia flumina intrant mare. sic omnis ignis naturaliter sursum tendit vt celo empirio tanq̄ suo perfectibili vnat. Sic omnia que de terra nascuntur in terram reuertuntur Eccēs. iij. Omnia pergūt in vnum locum que de terra facta sunt et in terram piter reuertunt. Sic anima rationalis que a deo est per creationē ad deū iusto dōme reuertetur. qđ non solum figura vt visum est sed etiam scriptura ostenditur dicitur em Eccī. xij. Reuertatur puluis in terram suam vnde erat. et spiritus redeat ad dominum qui dedit illum. Vnde de hoīe cristo dī Joha. xiij. Sciens ihesus quia a deo exiuit a ad deum vadit. Vnde Bernard. Spiritus rationalis quia ymago dei est intelligit et scit se posse adherere ei cuius ymago est. qđ aī in homine perficitur tunc opleuit se dī cursum suū. ¶ Hoc hoc fine dīmationis dicit Bern. Hoc est destinatuz solitary certamīs brauiū. hic finis. hic pmiū hic reqēs labor. cōsolatio dolorū a ipsa hōis pfectō. a vera ei? sapiā oēs āplectens et obtinens in se vtutes nō aliunde collectas sed naturaliter insitas ad similitudinē dei. qua ē ipse q̄q̄d est. a hec est hōis iusti i hac vita pfectio. et pfectio h? pfectionis ibi erit vbi erit brauium vel premium a pcīū supne vocatiōis perfcā appīhensio. Ad quā nos ducat q̄ hāc i suis electis miāz misericordit opat

Ihesus christus dñs noster qui vi
uit et regnat in secula cē.

Sermo·xxxvi De sancto be
nedicto abbate·Sermo p̄m9·

QVicūq hanc regulā secu
ti fuerint pax sup̄ illos
et mia q̄ sup̄ isr̄l dei Ad
Gala. vi. Ad sanctissimi patris
nostri et beatissimi Bñdicti cui9
hodie festū celebram9 laudes ad
dicisse decerpsisse ē · eo q̄ nobilis
lingua Gre· quicquid laudis e
ius accipi poterit· vernantis elo
quij sermone magnifico gloriose
depinxit· totam vitam eius et ac
tus taz magnifice extulit· vt lau
di eius nil amplius addi queat·
Quod si quid deuotione oriēte de
nostro addere cupim9· non verb̄
sed operibus id fiat· Sic enim di
cit· q̄ virtutū eius gloria nō ser
monibus exponenda ē· sed operi
bus comp̄bāda· Sup̄ma em̄ laus
deo et sanctis eius gratissia. et no
bis vtilissima· consistit in ipsorū
imitatione· vt sequamur vestigia
eorum non declinantes ad dexte
ram nec̄ ad sinistram· Propter
quod verbum p̄positum est mou
dum· q̄ nobis ministrat materi
am imitandi Nam in regula que
nobis proponitur vita eius relu
cet· Dicit em̄ Ber· q̄ non potuit
aliter docere q̄ vixit et viuere q̄
docebat. V Sciendum ergo q̄ in
vbis p̄positis duplex nobis p̄poi
t regula imitāda · videliz doctri
nalis et exemplaris Doctrinalis
est illa· que hodie per vniuersū or
dinem cisterciensem ad legendū
in tris capitul' inchoat In q̄ quō
secūdū deū per gloriosum legisla
torem nostrū Bñdictū viuere va
leamus edocemur Exemplaris alia
regula est sanctissim pris nostri
vita· q̄ nobis tam in lectionibus q̄
in cātibus ad memoriā reuocat·
De prima regula sit primus ser
mo de secunda secund9· De p̄ma
regula p̄sequētes· Sciēdū q̄ in vb̄
p̄positis tria intelligim9· scz sequē
tiū paucitatē· regule auctoritatē
imitātiū vtilitatē Primū ibi Qui
cūq Secūdū ibi· hāc regulā Ter
ibi. erit pax Primū adhuc tria o
tinet· secūdum q̄ hec distributio
quicūq tria iplicat· Insinuat e
nim nob̄ dei largitatē· sequētiū pau
citatē· regule libertatē· V
Primo dico hec distributio q̄m
q̄ innuit nob̄ dei largitatē· Ac si
dicat· Dei largitas nulli se dene
gat· nulli se subtrahit· sed stās in
publico cuilibet se offert· sinum
gre nulli claudēs· sed fm capaci
tatē sequētiū siue largitatis grāz
administrat· Dicit em̄ Dñs q̄ n̄
ē ponē vacuū. Sed q̄tum eximam
us nos de obstaculis gre tantū
de bonis domini adimplemur· Di
cit em̄ Ber· Quāto quis de terre
nis euacuat· tanto de bonis domi
ni adimpletur. si multū multū. si
parum parum· Et hē· nn· hz· nn
dicitur· Vbi vasa vacua non fue
rint. ibi oleū stare necesse ē Qui
a sicut in Collationibus patrū di
citur Diuine largitatis munificē
tia secundum mensuram fidei in
qua vnumquemq̄ rep erit grati
am largitur· Credentem nāq̄ q̄
ab emūdatione lepre suewlūtas

tristi sola sufficeret voluntatis fi
e solo curauit assensu dicens Vo
lo mundare Alteri deprecanti vt
aduenies per impositionem ma
nus defunctam filiam suscitarz-
ingressus domuz eius eodem mo
do vt ille rogauerat sanitatez ex
hibebat· Aly credēti sūmam salu
tis in solius verbi sui prolatione
consistere. cum dicerz·Dic tantū
verbo et sanabitur puer meus·p
sermonis imperium resolutos ac
ly pristino robore solidauit dicēs
Vade et sicut credidisti fiat tibi·
Inter alios autem virtutez cura
tionis tam effluenter effudit·ita
vt de hys euangelista t dicat· et
curauit omnes languores eorum
Inter alios autez illa imensa be
neficiorum abissus obturata est
ista ·vt dicatur· Non potuit Ihe
sus inter illos facere virtutes nē
pter meredulitatem eorum· Et
ita largitas dei nō secundum vni
formem maiestatis sue potentiaz
sed secundum capacitatem et af
fectum petentium gratiam suam
singulis impartitur· ¶ Se
Secūdo hec dictio distributiua sci
licet quicunq; insinuat sequenti
um paucitatem. Ac si dicat· Qui
cu meq; de multitudine omnium·
quia pauci sunt qui sequūtur do
minum·ipso dicente·Multi sunt
vocati pauci vero electi· quanto
minus in via consiliorum in quo
nō dicimus ·q; pauci de hys qui
fūt in ordine saluentur·qđ durz
esset dicere·sed qđ minus hēt iu
stitia supplet misericordia· Hoc
tamen audacter dicim9 ex sentē
tia saluatoris· quia arta est via
que ducit ad vitam et pauci am
bulant in ea · ¶ Cur au
tem pauci sunt qui saluent mul
te sunt cause. Hoc em̄ contingit
pter impedientium demonum
dolositatem· concupiscibilis pr
uersitatem. cadenti promitatē·
refurgendi difficultatē·stanti de
bilitatem· Propter qđ dominꝰ
conqueritur Michee. vn· Ve mi
hi qua factus sum sicut qui col
ligit in autumpno racemos vin
demie · nō est botrus ad comedē
dum· Item Psa· xxxn· Quomo
do si pauce olive que remāserūt
excutiantur de oleo et racemi cū
fuerit finita vindemia· Unde Jo
hannes Crisostimus· Timendus
est cristianis ne eo modo intro
eant in regnum celorum quo filij
israhel in terram promissionis· du
o tantuz de omni multitudine in
trauerunt nē· quia solum per v
nam viam scilicet caritatem itur
ad regnum celorum· Sed per sep
tem peccata mortalia tamꝫ per
septem vias itur ad infernum·
¶ Tercio hec distribu
tio quicunq; implicat regule liber
tatem· quia omnib9 patet acces
sus ad eam et nulli penitus dene
gatur· Dicit enim beatus Ben·
Sācti Benedicti regula· vt ego
sentio omni hominī ponitur· im
ponitur nulli· prodest si deuote su
scipitur et tenetur· Nō tamen si
non suscipitur obest· Nam quod
in voluntate est suscipientis non
est in potestate ponentis· volū
tariuz merito dixerim ñ necessa
rium· Attamen hoc ipsum quod
dico volūtarium si quis ex ppa

semel admiserit a ꝓpoim̃serit. dei
ceps im̃ necessarium cõmutatur.
Nec iam liberum habet obmitte
re. qꝫ ante non fuscipere liberu
habuit. Ideoqꝫ qꝫ ex voluntate su
scipit ex necessitate tenebit. ℣ Se
q̃tur secundu principale scz hãc
regulam. In quo regule nostre
auctoritatem dixim9 significari
Cum em̃ per vniuersũ ordiñ Ci
sterciẽsem. hodie hoc est im die
facti Benedicti im̃ caplis nostris
regula incipiatur. Post cuius le
ctionem sermo statim subiũgitur
cõuenienter valde per hoc ꝓno
men hanc. qꝫ est pronomen de
monstratiuum. regula iam lecta
demonstratur. Et de ea dicit illꝫ
Quicũqꝫ hãc regulã a ẽ. De hoc er
go mẽbro tria dicãt. r. ordiñ.
scz de voti obligatione. se cũ o de
hys que votũ adiuuãt im cõsũma
tione. tercio de finis assecutione
℣ Primo ergo videndũ est de voti
obligatiõe. hoc ẽ qꝺ vsuẽtes sta
tũ religiois ꝓmittamus. Nõ em̃ ꝓ
mittimus regulaz obseruare. vl
pfectiois statũ nos velle cõsũmare
Quia si hoc ꝓmitteremus. tũc ñ
soluentes essent voti transgressõ
nes. qꝫ nimis difficile videt. ꝫ ꝓ
mittim9 nos velle conari et velle
exercitare et opam dare. vt pfe
ctionem vite attingamus Et qui
cũqꝫ ab hoc conatu et voluntate
conandi recederet esset vtiqꝫ trãs
gressor voti ℣ Vnũqꝺqꝫ
autẽ tu ne perfectũ dicitur cuz at
tingit ꝓpriu finem que ẽ vlti
ma rei perfectio. Vltimus autem
hũane vite terminus est ipse deꝰ
glorioſus ad quẽ tangꝫ ru vltimũ
finem et in suũ pfectibile debet a
nima rõnalis tendere et conari.
quẽ cuz apprehenderim9 dicimur
iam perfecti. Hũc autẽ finem per
fecte nõ apprehendim9 in hac vi
ta. sed ideõ nobis hic ꝓmittur fi
nis. vt sciamus quo sit conandũ
Nam in hũc finẽ i futuro cõsequẽ
dum ꝓmouẽtia sũt arripienda a
impedientia remouẽda. et hec cũ
magno et indeficiẽti studio faciẽda
et cõtinuãda. Quod ergo primũ
est itentione vltimũ erit i exeuti
õe. ℣ Primo ergo dicẽdum ẽ de
conatu aggrediẽdi. Secũdo de co
natu nociua abiciendi Tercio de
conatu ꝓmouentia arripiendi. q̃
se iusto ordie adimuiem cõsequũ
t. qꝫ patet p ordiñ retrogradũ
Nõ em̃ finem deum cõsequimur
nisi per caritatẽ. nec illaz cõsequi
mur nisi alia amabilia abiciaꝰ.
nec ista duo perficim9 nisi per im
deficiẽtem conatum ad ea fortit
tẽdam9. ℣ Primo ergo dicam9
de conatu quẽ p votuz regule vo
uem9. Tũc em̃ bonũ et sanctuz ha
bem9 conatũ si studuerim9 a exer
citauerimus nos. vt de cõtingen
tib9 q̃tũ iuuamur per gratiaz nil
ehil obmittam9 Sed sicut ayt Apo
stol9 siue ꝑsentes siue absẽtes im
tẽdam9 placere deo. ne ꝙppere
nob illꝫ Jere. xxxm. Nec iuxta
qꝫ potuit conat9 est facere. Et
hũc conatuz ꝓ pfcõe accipit a no
b deꝰ. Vnde sup illo verbo Psal
miste. Imperfectum meum vide
runt oculi tui. dicit beatus Ber.
In libro tuo deus omnes scriben
t tãꝯ perfci. q oẽ qꝫ possunt faci
ũt. Si autẽ ab hoc conatu deficiꝰ

a voto nostro recedimus et per cō
sequens cadimus a salute. Vnde
dicit Idem Her. super illo verbo
Ambulate dum lucem habetis.
Nō ābulātē sed sedentē a mor tis
tenebris oprehēdi periculū est. et
qs sedet nisi q̄ nō curat pficere?
Illud caueto. et si morte pocu
pat? fueris in refrigerio eris. Si
ergo in solo conatu pmanebim?
votū nostrū soluim?. et hoc ipsū
nob̄ p perfectione reputatur. Di
cit enim iterū Her. Indefessum
proficiendi studium a iugis cona
tus perfectio reputatur. Expedi
to ergo de conatu indeficiēti.

Q. V. Secūdo dicēdū est de studi
o impediētia remouendi. Et hoc
q̄tū de presenti voto regule sūt
tria. a q̄bus tanq̄ a radicib? pul
lulat oē malū. scilz delitie diuitie
voluptas. Abiciam? ergo diuiti
as inuētes paupertatē. carnis
delitias assumētes castitatē. cor
dis vitia et maxie p̄ria voluntā
tem prosequentes diuinā volun
tatem per obedientiā. Que tria
necessario abicim? et eis necessa
rio renūciam?. si tamē ad finē no
strū conari intēdim? vt oportet.
Cū enī per solā caritatē finē per
fectionis attingamus. illam nō o
sequimur nisi priora amabilia re
linquātur. quia amor partit?i mi
ta nō erit efficax ad vnū. Vnde vī.
Johā secūdo Nolite diligere
mundū neq̄ ea que in mūdo sūt. q̄
sunt predicta tria. quare? q̄ qui
diligit mundū nō est caritas pa
tris in eo. N. V. Tercio di
cendum est de studio et conatu p
mouentia assumendi. hoc est vt

nos oīmia que ad perfectionem
nos promouēt assuma? Que licz
sint mlta. vtpote oīa q̄ sunt de ge
nere bonorū. illa tñ sūt singulari
ter p̄sequēda. que dō ihesus crist?
nobis ꝓposuit in seipso. q̄ sunt
humilitas. vite austeritas. benigni
tas. pietas. et añ oīa hec caritas
Nā vt ayt Joh. Qui dicit se in cri
sto manere. debz sic ille ābulauit
et ipse ābulare. Alioquin perfe
ctionē vite hūane quā dulcis Ihe
sus in seipso nob̄ ꝓposuit nullate
n? ꝙsequemur. Nam perfectio vi
te hūane in sola pfectione caritā
tis consistit. p quā affect? hoīs to
talit̄ in deum fert̄. & hoc solum cō
tingit in p̄ria p ipsa ta que Euan
geliста enumerat. Nam hec est il
la caritas de q̄ p̄cipit Mat. xxij.
Diliges dñm deū tuū ex toto cor
de tuo. Quā ideo de? nob̄ n̄ p̄reci
pit vt p̄uaricatores ostituat. q̄
nō possit ipleri. sed vt sciam? quo
sit conādū. S. V. Est tamē
sciēdū q̄ Tho. duplicē ponit cari
tatē. Vnā q̄ secūdum omnes affe
ctus toti et totalit̄ ferimur in deū.
et hec nō nisi in patria possidet̄.
que in hac vita et via nō potest
adimpleri. De hac dicit beatus
Her. Non puto ante perfecte im
pletū. Diliges dñm deū tuū ex to
to corde tuo nisi quousq̄ ipsum co
gitare non cogatur de corpore
Impossibile namq̄ est totam a
nimam ex toto se posse in deum
colligere. et diuino infigere vul
tui quamdiu huic fragili et erūp
nosocorpori cogimur coeser uire.
Tunc autem implebitur. illō mā
datū de dilectiōe illa velēmēti q̄

introductꝰ fuerit fidelis seruꝰ in gaudium domini sui. quasi miro mō quodāmodo oblitꝰ sui. a a se penitus deficiens totus pergit in deum. a deiēps adhęrens ei vnꝰ spiritus erit cuz eo. ¶ Secūda cā tas est qua totalit̄ feruemur in deum. sed ad pūctum veluti ad mētum et hoc viris perfectissimis possibile ē in hac vita. De hac dicit Augꝰ super illo verbo diliges dominū a ē. vsq toto corde tota alia. dicit em̄ sic. Nec totalitas hoc itēdit. vt oēs motus anime i deum referātur. sic nō impletur i hac vita nisi forsitā ad tēpus brevissimum a viris perfectissimis. qđ et ipsum sibi factuz asserit dicens. Cum imbuero tibi deus ex ō mētē nusq̄ erit labor a dolor. ⁊ viua erit anima mea tota plena te. Ad quam si conamur de contingentibus nichil obmittentes ex hoc tūc et nos perfectionē dicimur attigisse. ¶ Sequit̄ tercium principale. scz erit sup eū pax a misericordia et super israel dei. In quibꝰ vbis tria bona sequētibus regulā promittit Aplūs. scz mētis tranquillitatem. misericordie largitatem. dei caritatez. primū ibi pax. secundū ibi misericordia. terciū ibi a sup israel dei. ¶ De quo sciēdū q̄ q̄dū viuimꝰ in hac vita malo triplici subiacemꝰ scz malo periculose impugnationis. et malo dispēdiose cōmissionis. et malo defectuose operationis. vel etiam timorose indignationis. ¶ Primo dico q̄ subiacemꝰ malo periculose impugnationis. Impugnant em̄ nos tres hostes scz caro. mūdus a demōes. quoꝝ impugnatio est periculosa. q̄ caro vicina est. mūdꝰ magnus ē. demones multi sunt. Contra hos datur pax sequentibus regulam Oſ per prophetā Ysa. promittit ē. xlix. cuz dicitur. Lōge effugabūtur a te qui absorbebāt te. dicetq illud Hegū. iij. Sit tibi pax sit domui tue pax. a ōmbus q̄ cūq habes sit pax. dans triplicē pacez cōtra hostes. Vnde Pe. Quis ē qui vobis noceat si bonę emulatores fueritis. Ac si dicat. nemo. Vt ayt Bre. Nulla nocebit avū sitas si nulla domine t̄ iniquitas.

¶ Secundo subiacemꝰ malo dispēdiose cōmissionis. q̄ peccata cōmittimus inevitabilit̄. De quo Jaco. iij. In multis offendimꝰ omnes. Contra hoc malū datur dei misericordia vt facile ēmittātur. Vnde Pro. xv. Per misericordiā purgātur peccata. Eze. xvi. Expā di amictū meū super te et operui ignominiā tuā. amictū vocās misericordiam. Vnde Mat. dicit. Si mortiferum q̄d biberint non eos nocebit. vt non solum mala non noceant. sed miro modo etiā cooperentur in bonū. ¶ Tercio subiacemus malo defectuose operationis. et timorose indignationis. Sunt enim tam vilia a ꝓpe nulla in iudicio diuine veritatis opera nostra et tam defectuosa. vt merito timeamus ea in dei oculis displicere. a per consequens sue ingnationi subiacere. Quibus p cōsolatiōe subiūgit. Et sup israel dei. Ac si dicat illud Eccī. ix. Vade comede panē tuū in letitia a bibe cū

gaudio vñ tuum quia deo placent opera tua · Potest et aliter exponi hec ptícula . sup israel dei · vt per hoc describat et specificet eos quibus pax et misericordia sit promissa · Ac si dicatur · Pax et misericordia erit super illos qui in regula ita proficiunt · vt fiant veri israhelite id est contemplantes deū · non super quoslibet vuentes et non soluētes . sed super eos q̄ grā pmouēte ita proficiunt · vt deū spūaliť cōtēplāi meāť · qđ nob ipse ẽbuat aē

Sermo · xxxvij In Annūtiatiõe dñica · Sermo primꝰ ·

IN sole posuit tabernaculum suum Dñs dicit Ber · Attende hāc similitudinē qua nulla in mūdi rebꝰ potest eē sublimior · Nil em̄ habuit spūs sānctus invisibilibꝰ creatis excellentius · cui excellentiā beate vginis compararet In verbis ergo positis sub methafora solis hec gloriosa festuitas commēdať In q̄bus tria per ordinē declarantur · viz gloriose vginis excellentissima cōmēdatio ibi In sole Filij dei dignātissīa conceptiõ ibi posuit · Oī nostrū vtilissīa promotio ibi Tabernaculū · Primū igitur subnōie solis ꝓponitur nobis gloriose virgīs excellētissīa ꝺmēdatio · quā in ꝓprietatibus solis lucidissime cognoscimus . Non em̄ solis nōie vocaretur · nisi quia proprietates eius sibi possent ꝺuenientissime applicari · Nā secūdō Dñm Trāsferentes se ẽm aliq̄ sit ituꝺi nē se transferūt Nō igiť beata vgo sol a spiritu sancto vocareť · si nō possēt ei proprietates solis aptissime applicari · Propter quod sciendum q̄ sol septem habet proprietates · que spiritualiter conueniunt virgini gloriose · habet enim sol in substantia puritatē · in splendore caritatē · in situ sublimitatem · in motu cōtinuitatē · in influētia fecūditatē · ad oia cōmunitatē · in excellētia singularitatē · in eclipsi ꝺoloris calamitatē · Primo dicto dico · q̄ sol habet in substantia puritatē · et tanta q̄ ímē omnia corporalia mil possit puriꝰ iuenīri · adeo vt oim hoim visus ex puritate eiꝰ retūdať · Quis enim aptis ocul pleno intuitu solē vñq̄ potuit intueri · Que propetas gloriose vgini aptissime ꝺuenit · optime · que p̄ oibꝰ puris creaturis tam angelicis q̄ hūanis habet excellētissimā puritatē · quā nulla creatura plena cognitiõe sufficienter poterit intueri · Vñ dicit Augꝰ Vbi de peccato agiť · mari e nullam volumꝰ fieri mētionē · Ea em̄ puritate nitebat virgo sācta · q̄ sub deo nequit maior intelligi · Vnde omnes tam angeli ci q̄ humani spiritus ammirando clamant in celis Que ē ista q̄ ascēdit de deserto Quasi · o · q̄ ē ista que in tāta puritate ascēdit · quā non solum nullus hominum · sed nullus nostrū ad plenum cognoscere potuit · pūritatē eiꝰ nostrū repellente intuitum · Vnde beatꝰ Bernardus dicit Numq̄ quis solē istū matēialē pleno ituitu aptis

oculis potuit intueri · sic nullus eius puritatem plena cognitione scire potuit et videre ¶ Secundo sol habet in splendore claritatez · per quā lucet et perlucet ōnem sū periorem et inferiorem regionem Ita vt omnia cælestia luminaria in cōparatione sui splendoris nō lucēāt · ymo nec penitus videātur · qz stellē et luna que in nocte lucēt ex superexcellenti solis claritate in die nō solum non lucēt sed penitus occultantur · Sic beata virgo omnem creaturam in vite sanctitate tam excellēter superemicat · vt in eius cōparatione omnes sancti et angeli quasi nō sint extincti videant · Vnde Ber · Sol ille materialis tam lucide in candescens siderū et lune potestatem offuscat · vt sint quasi non sint et quasi videri non possint · Sic virgo esse xpifera luminis inaccessibilis luce plucēs vtrorūqz spirituū hebetat dignitatem · vt in comparatione gloriose virginis nec possint nec debeāt apparere Videntur tamen modicū ā eius fulgore illustrātur · vt eius presētia tota cælestis curia et vniuersa eius milicia clarius icādescāt Vnde iterum Ber · Sicut omnes stelle pariter a luna splendorē suum habent a sole · nec tamen in eius lucent presentia · sic omnes sancti lucidius lucent ab eius presentia · et tamen in eius comparatione non solum nō lucent sed latēt Sicut ergo super omnia luminaria cēli sol suo lumine emicat et illustrat · sic beata virgo maria sanctitate vite emicat super ōnes sanctos · ¶ Tercio sol habet in situ sublimitatem · vt etiam ex nimis remota altitudine paruus appareat cum sit mlto maior tota terra Sic beata virgo tam in via per vite meritum qz in celo per premium super omnes puras creaturas in altissimo est locata · ¶ Propter qd status vite a meritā sanctorum in tribus consistūt sez in gratys virtutibus et deuotionibus · Et horum trium suprema a altissima attingebat · Supremuz autem in gratys est oēm gratiā abūdātissie possidere Vñ ipa gloriat de hac abūdātia Eccī · xxiiij · dicēs · In me ōnis grā vie et veritatis Ac si dicat · Omnis gratia vie huiꝰ ē in me q̄ non solum michi sed ōni hoi omni statui a etati sufficit Vnde dicit Ihero · Cetera pars pars Marie vero tota se simul infudit plenitudo gratia tum Itē Ber · Ad quid putas ab angelo Mariam dudum iam ante conceptionem plenam gratia iam plenam nūcupari · nisi vt superueniente deo in vterum nobis fieret superplena · vt quocienscūqz precibus licet tenuit moueret superfluaret · nobis liquorem gratie effundendo · Vñ expsona eiꝰ dicitur Eccī · xlvj · Vide quia non solum michi laboraui · sed exquirentibus veritatem Altissimum ergo in omnibus gratys est habere omnem gratiam · non solum sibi · sed omnibus eam inuocantibus sufficientem ·

¶ Secūdo beata virgo maria stetit in altissimo virtutum · Quia quidē supremū i vtutiꝰ

esse poterat hoc habebat Supremum autem in virtutib9 dicim9 omnes virtutes habere in sumo sine vicio impugnante· qđ in nobis minime cõtingit Quicqđ em̃ in nobis de virtutibus plantatur hoc fit impugnatione contrarij scilicet vicij· Virtus tenet medium viciorũ· et nulla in nobis nutritur virtus nisi de vicio contrario impugnemur Vnde eunucho non attribuitur virtus castitatis Quia de vicio cõtrario scilicet luxuria minime impugnatur Gloriosa autem virgo maria sic omẽs ẏtutes habuit· vt de nullo vmq̃ vicio temptaretur· ¶Tercio beata maria stetit in supremo deuotionis Tanto em̃ deuotio nostra est altior· q̃to subiectum de quo procedit et obiectum in quod tẽdit est purius Et q̃ virgo sancta purissima fuit p9 deũ· et purissimũ obiectum deum videlicet pre ombus creaturis puriorem apprehendit ·ideo ei9 deuotio sẽper extitit in supremo Quod autẽ in hys altissimis semp superfuerit ex persona ei9 dicitur Eccli. xxiiij. Ego in altissimis habito et thron9 meus in colũpna nubis In ombus ego altissimis gr̃iarũ ẏtutum et deuotionis otinue morabat ¶ Quarto sol in motu hz cõtinuitate z Nũq̃ em̃ ad momẽtũ tẽporis ad ictũ oculi requiescit· sed cursũ suum otinuat mœstanter· Sic beata maria semp fuit in motu meritorie actionis Quidqđ enim agebat hoc cũ tanta disciplina et reuerẽtia faciebat q̃ in ombus merebatur Si enim alij in ifimitus in

feriores ad talem statũm testante ps̃· peruenerũt · vt de vita eoz folium non defluat et omnia que cũq̃ faciant psperabũtur· mlto magis sine omi ambiguo de beata virgine est credendum· q̃ de omni vita sua nil vmq̃ ei vacuũ pertransiuit Nam in comedendo· bibendo ·dormiendo· et ceteris necessarijs sine q̃bus humana natura durare nõ poterit auxit sui meritũ mœstanter· quippe q̃ de ombus hys milq̃ qđ sola requirebat necessitas supfit Hec aũt otinuitas merendi ex duobus precipue agebatur· videlicet de exteriorum sensuum et membrorum ad deum continua exercitatione· mtimorũ suorum· scilicet ratione et memoria et volũtate mentis et spũs ad deũ otinua suspensione Qđ licet nobis sit ipossibile· et de ea vix p consequẽs credibile· tñ q̃ bta ẏgo in se nllũ habuit retractiuũ· eo q̃ sompnes pecci p deceptionẽ filij sublatas et ea totaliter extinctas· iõ sẽp supma merita cumulabat· Qđ si artis corporis teneritudinẽ aliqđ de exercitio oportuit dilaxari· hoc ipsũ tã ẏtuose agebat· vt etiã p virtutem distretionis que est mater ommium virtutum suprema merita reportaret· ¶Quinto sol habet influentiam fecunditatis· Nil em̃ est sub sole quod non solis influentia valeat fecundari· et sine eius virtute gignere de se fructus Vnde Philosophus dicit q̃ homo generat hominem et sol· Sic beata virgo maria fecunditatem tribuit· et sine eius auxilio null9 vmq̃ potuit de se facere fructum·

Hinc beatus Ber. Maria velut alterum solem induit sibi. a quē admodū ille super bonos a malos indifferenter oritur omnes sine differentia fecundans. sic ipsa beata virgo non discutit merita. sed omnib9 sese exorabilem. omnibus clementissimam prebet. omnium q3 necessitates āplissimo quodā misereat affectu. Nullus enim homo vllis9 proficere potuit nec proficiet in eternuz. nisi qui fecunditatem mereñdi est a deo per virginē cōsecutus. Vnde Ber. Quidq3 est id qd offerre deo pās marie amēdabe memēto si non vis sustinere repulsam. quia sicut deus non nisi per eam ad nos venit sic nec nos nec nostra opera ad deum veniunt nisi per eam. Ps. Dulciter ergo per eius auxilium fecūdamur. q3 si q3 boī faci9 p ei9 auxiliū pspeat si p nos opatuz ei9 mamb9 domino presentatur. Est ergo conuenientissima similitudo. vt sicut sol est pater ōniuz nascentiū. sic virgo sancta omnium mater est. Cū em in ea sint ōnes gratie et virtutes. quicq3 ex eisdem bonis consequimur ac recipim9 vtiq3 de virgine gloriosa Propter quod omnes electi ei9 dicuntur filij quorū omniuz ihesus cristus. sicut Luce. ij. dicitur primogenitus vocatur. . D. Sexto sol habet ad omnia cōmunitatem splendorem suum bonis et malis cōmunicans spargens illum ad loca feda et munda. Sic beata virgo omni se creature cōmunicat singul pro sua capacitate tribuens se. quod insinuare curauit in Cañ. ij. dicēs Ego flos campi Quia sicut flos campi omnib9 exponitur nulli clauditur. sic virgo sancta nulli se denegat. sed cōmunicat vniuersis. nec solum nulli se denegat sed q3 plus est ōnibus se offert Dicens illud Eccī. Venite ad me omnes qui concupiscitis me a a generationib9 me is adimplemini a ē. Vnde beatus Ber. Maria omnibus omnia facta est vt de plenitudine eius accipiant vniuersi. captiui redemptionem. egri curationem. tristes consolationē. peccatores venia. iusti gratiam. angeli leticiam. denig3 tota trinitas gloriam. filij9 carnis substantiam. vt non sit q3 se abscondat a calore eius. Vnde ergo ad mariam tanq3 ad medium respiciunt qui habitant in celo a qui sūt in inferno. a qui nos precesserunt. et nos qui sumus. et qui nos sequūtur. a nati nato rum. et qui nascētur ab illis. Illi qui sunt in celo vt resarciantē. et qui sunt in inferno vt eripiantur. et qui precesserunt vt ꝑplete fideles inueniantur. et qui sequūtur vt gratiam consequantē Merito ergo in te respiciunt omnes tocius creature pia virgo. q3 per te a inte et de te benigna manus omnipotentis quidquid creauerat recreauit . E. Septimo sol ipe in excellentia habet singularitatem. quod interpretatione nominis declaratur Dicit enim sol quasi solus lucens super omnia. eo q3 parem non habeat Sic beata virgo maria sol est nō habens in celo parē neq3 similē

super terrā Vnic Ber. Et si aliq̄ in aliquibus cōmunicēt beate virgini. vnū tamē est in quo nec primam similem visa est nec habere sequētem. gaudium matris habens cum virginitatis honore Optimā ergo ptē elegit in qua ei nō cōmunicat alien⁹ Quia sez et si bona ē fecūditas cōiugalis. melior tñ ē castitas v̄ginal⁹ Prorsus aūt optima ē fecūditas virginal⁹ Quod si advicias cuius mater est? que iam lingua poterit etiam si ā gelica fuerit dignis laudibus extollere matrem non cuiuscūq̄ de plebe sed dei. duplex nouitas. duplex stupor. sed digne pēsius aptissimē q̄ conuēiens Neq̄ enim alius filius virginem. nec deum deauit alter ptus .F. Oc tauo sol videtur habere in eclipsi doloris calamitatem. Sic beata virgo i passione filij eclipsata ē. super omnes viatores sufferens vim doloris. sicut ex Symeonis ꝓphīa ei fuerat ꝓphetatū dicētis. Et tuam ipsius animā pertransibit gladius Ob exponens beat⁹ Bernardus dicit Vere tuam animam gladius doloris in hora passionis filij pertransiuit vt pl⁹ q̄ martir esses Omnes nimirum corporeas a sensuū passiōes exæssit compassionis affectus. An non pl⁹ q̄ tibi gladius fuit sermo ille reuera pertransiens animam et pertingens vsq̄ diuisionē anime et spiritus! Ecce filius tuus O cōmutationem Johānes tibi p ihē su traditur. seruus pro domino. discipul⁹ pro magistro. filius zebedei pro filio dei. Ex hys ergo et similibus ꝓpietatib⁹ solis beata virgo solis nomine est appellata. In quem solem deus pater tabernaculum suum p̄ posuit. quia homo cristus bene tabernaculū dicitur. quia in eo vt ayt Apostol⁹ ad Colo. ij. plenitudo diuinitatis corporaliter habitabat Fuit ergo deus in homine cristo. xp̄us autem ex homine et deo in vnitate psone in maria habitabat. Vnic Bernardus Vere sole phibetur maria amicta. que profundissimam diuine sapientie vltra q̄ credi possit penetrabat abissum. vt quantum sine corporali vnione creature conditio patitur luci illi inaccessibili videat i mersa Ipsa enim meruit velut sibi matim cingi et operiri vndiq̄ et circumfundi vndiq̄. et tāquā ipso diuino igne cōcludi. agēte hoc in ea spū scō qui et nos apud deū dignet misericordit ꝓmouere

Sermo. xxxvij. De sancto Ambrosio episcopo Sermo ꝑm⁹. G

Videte. vigilate. et orate Marci. xiij. Dicit beatus Ber. In huius sci festiuitate ne cuiq̄ cuiq̄ sermonis videamur imunes. recurrēdū est ad euāgelicā lectionē In q̄ sub trium breuitate vbor sapiētia dei prius hūane pfectionis sūmā includit. Ait em Videte. vigilate. orate Ob aūt i hys trib⁹ vbis hūane pfectionis vita cōsistit. lucē clarius patebit si virtutem eorundem verborum cognoscimus Nam per verbum Videte a malis purgamur

Per secundum · scilz vigilate bo
na operamur · per tercium · scilz
orate ad perfectuz sanctificamur
Qui autē a malis purgatur bonū
opatuē · a sanctificatur hic viē
perfectus · Et quia egregius iste
doctor Ambro · virtutem horum
triūm verborū perfectissime in se
trāsformauit. Ideo placuit ad fu
am gloriaz in eius festo de predi
ctis facere mentionem · Et breui
ter hec tacta de sancto Amb · fuf
ficiant.

D. Nunc videa
mus quibus exercitys predicto
rū verborum virtutem et verita
tem in nostram vitam transplā
temus dicentes . Videte vigila
te et orate. Quomodo ergo per
verbū videte a malis purgamur
sic patet. Nam hoc verbum vide
te idem est qđ cognoscite vel itel
ligite · sicut vsitato modo loquēn
di post narrationem alicuius sermo
nis dicimus. Vides hoc . i. cogno
scis hoc vel intelligis hoc · qđ a be
atus Per · sic asserit dicens . Ille
qui videt omnia hortatur nos vt
postpositis oculis carnalibus mē
tis oculis videam? Illis inq̄ ocu
lis de quibus per Salo · dr · Oculi
sapiētis in capite eius . i. in cristo ·
qui cum sit caput nostr et corpo
ralibus oculis videri nō possit a no
bis · consequens est vt hoc intelli
gatur de oculis cordis · In huius
ergo verbi virtute tria intelligi
mus que se admodum sequunt
Vide que tria a malis omnibus
plenissime purgamur · scilicz pec
catorum cognitionem · cōtritiōez
remissionem dicit ergo nobis de
us · Videte oculis cordis introrsū
et perlustrate cōscientiam · vi
dete mala que cōmisistis · quia ne
mo mundus a sorde · nec infans
vnius diei · qđ si facimus inueni
mus immensū cumulum peccatorū ·
si tamē oculum cordis secundum
Jere · xxxi · dirigimus in directū
Sic enim dicit · Statue tibi speculam · pone tibi amaritudines · di
rige cor tuum in viam directam
in qua ambulasti · Si autem da
uid dei secretarius · cui incerta a
occulta manifestauit deus veraci
ter dicere potuit · Circumdederūt
me mala quorum non est nume
rus · Et alius quidā · Peccaui su
per numerum arene maris Quo
modo nos miseri nō possum? di
cere · quia peccauimus super om
nem estimationem · et q̄ nullum
peccatum inter omnia genera ma
li esse potuit · qđ non vel affectu
mentis vel operis effectu aliquā
do cōmisimus . J. Quia
quāto puriores fumus et vicini
ores deo tanto plura cognoscim?
et videmus · dicente Greg̃ · San
cti viri quo apud deū altius phci
unt · eo subtilius indignos se esse
deprehendunt · q̄ dum proximi luci fi
unt q̄q̄d in se ipsos latebat inuei
unt · et tanto sibi deformes foris
apparent quāto minus pulchrum
est quod intus vident · Et hoc est
qđ Ezech · viij · dicitur · Adhuc cō
uersus videbis abhominationes
maiores · quia quanto verius ad
deum conuertimur tāto maiores
abhominatiōes in nobis videm?
Verum quia omne malum displi
cet veraciter deo · et tāto āplius
displicet q̄nto verius cognoscit eē

malum Ideo si tamen vera est a
sinœra necessario sequitur displi
cẽcia ex cognitiõe peccatorũ · qõ
non est aliud nisi dolor vehemẽs
qui contrit omnia genẽa pecca
torum · Spiritus enĩ domini quia
malum secum compati non pote
rit · statim vt intus venit per ve
hemẽtem dolorem contritionis
peccata contrit et edificat puri
tatem · Vnde · in · he · xix. Spiri
tus domini grandis et fortis sub
uertens montes et cõterens pe
tras aute dominũ. sed non in spi
ritu dominus · Ac si dicat · Licz in
tli contritiõe sit veracit deus pses ·
tamẽ quia duleis ẽ dns et amara
contritio · iõ dns nõ sentit Vnde Ysa
xli · Triturabs montes a cõminu
es a colles in puluerẽ pones Per
montes et colles peccã parua et
magna figniteans. Vñ in predicto
verbo seqt · Et tu exultabis in do
mino i seõ israhel letaberis · qz p9
contritionẽ gaudiũ et exultatio i
nidit · Que duo certũ sũt signũ re
missiois peccõz · Nũqz enĩ penitẽs
gaudet donec percipiat veniam
peccõz · tũc exultabit in dño et de
leabit super salutari suo Et hoc ẽ
qõ peitẽti promittit Ysaie · xlnn.
Infrenabo os tuũ laude mea · s · p
remissionẽ peccõz ne intereas scz
per luctũ a tristitiã · ℟ Et
sciẽdũ qz de hys ebus · scz cgniti
õe · contritiõe · a remissiõe sil scribẽ
placuit · ad insinuãdũ qz sil sint tẽ
pore · qz in eo scz puncto quo ve
re cognoscim9 statim opũgimur
et i eodẽ puncto quo opũgimur
remissionem statim accipi9 · Vnde
y · he · xy · dicit Qõ postqz dauid
penitendo dixit · peccaui · Ppte
ta statiz subunxit remissionẽ di
cens Transtulit dns peccatũ tuũ
nẽ · Vnde Crisostimus · Sine õi i
teruallo lacrime penitẽtis et remi
ssio simul sunt tempore Et hoc ve
rũ est qztum ad culpã siue offesaz
dei · quã statim remittit dominus
sine mora · Licet sm Albertũ sup
missã oportet hoiez p multa trahi
antẽqz peccatuz penit9 destruat ·
et hoc qztũ ad maculã · ℣ Sequit
secũdum principale · scz vigilare
In quo verbo post mali purgatio
nem hortamur ad omnis bom ope
rationem · Hoc verbo sepe dño
vsus est in scriptura exhortãs a
postolos et nos in illis · vt super
statu nostro sollicite vigilem9 di
cit enĩ Mat · xxv · Vigilate qz ne
scitis diem neqz horã Et iterum
Quodom dico ommbz dico vigi
late · ℣ Sũt autem pre
teteris tres vigilie ommno neces
sarie · quas beatus Papa Gre
brevibus verbis tangit dicens ·
Vigilat qui seruat operando qõ
credit. Vigilat qui a se torporis
et negligentie tenebras repellit
Vigilat qui ad aspectum veri lu
minis mentis oculos apertos te
net · In prima vigilia promit no
bis bonorum qztatem In secun
da qlitatẽ In tercia veritatẽ · Vt
videlicz opera nostra sint multa
bona et vera · Que tria si nostris
operib9 addicimus · sine dubio v
tiliter vigilamus · ℣ Primo et
go vigilemus super opa nostra ·
vt sint multa sine intermissione
operantes · Quod facere mone
mur Ecclesiastes · ix · Quodcunqz

potest mañ tua instãt operare· quia nec opus nec ratio nec sapiẽtia nec scientia erunt apud inferos quo tu properas· Et iterum xi. Mane semina semen tuum et vespere non cesset manꝰ tua· qz merces ẽst opi tuo Quia vt dicit sapiẽs· In oĩ ope bono erit habũdantia· taliter agentes vt fidem nostram magnam operibus cõprobemus Quia secundũ Apostolum Fides sine operibus mortua est· Quia vt ayt Gre· Tunc vere fideles sumꝰ· si qđ verbis promittimus operibus adimplemus

¶ Secundo vigilandũ est nobis super operuz nostrorũ qualitate Vt sicut prius vigilauimus vt essent multa· sic nunc vigilemꝰ vt sint bona· Erunt autez bona· si õnem negligẽtiam et torporem abdisdem operibus repellamus Dic ij· Paralipo· xix· dicit Sit timor domini vobiscũ et cum diligentia cuncta facite· et sic agetis in timore domini cuncta fideliter a corde perfecto· Cui consonat Apꝰ ad Colosen. iij· Quodcumqz facitis ex animo operamini· sic domino non hominibus· scientes qz a domino recipietis retributionem hereditatis· Sicut ergo in prima vigilia vigilauimus opera multiplicando· Sic etiam nunc vigilemus eadem bene faciẽdo· De qbꝰ am nobis monemur in lege cum dicitur· Juste quod iustuz est exequeris· Et hoc est qđ intẽdit Gre· cuz dicit Vigilat qui a se torporis et negligẽtie tenebras repellit vt supra· Predicta ergo duo cuz magna circumspectione opemur vt videlicet multa sint et benefacta· que vero fiunt vt oportet· Quod considerans beatus Job dicit· Verebar omnia opera mea· Quod exponens beatus Grego· Quid est hoc qz Job mira faciẽs hec ipsa veretur nisi qz in sancti viri actibus verbis qz colligimꝰ· vt si placere deo veraciter cupiꝰ· postqz peruersa subegimus ipsa etiã in nobis bene gesta timeamꝰ Cur hoc statim subiungit duo fũt que in omnibus bonis necesse est vt studiose formidentur· scilz desidia et fraus· Desidia per torporẽ nascitur faciens pauca opa· qđ ẽ contra primam vigiliam· que facit multa Fraus autem fit per puatam dilectionem· quod est cõtra secundam vigiliam· qz bona nõ bene facit· Hec considerans Job dixit Verebar omnia opera mea Ac si dicat· que aperte gesta video· quid in hys latenter pertulerim ignoro· Nam predicta duo· scilz fraus et desidia in bonis operibus tam abhominabilia fũt coram deo· qz per Jeremiam quadragesimo octauo· maledicuntur qui talia taliter operantur· Vbi in antiqua translatiõe dicitur Maledictus qui facit opus dei fraudulẽter et desidiose· Quam maledictionem si cauere cupimꝰ predictas duas vigilias sollicite obseruemꝰ·

¶ Tercio vigilandum est super nostrorũ operum veritate· que tunc salubriter verificantur cum per affectum intime deuotionis et per aspectum diuine contemplationis omnes vias domini dei nostri vigilantissime

vi

obſeruamus. Sic enim dicit Pro
uerb· viij. Beatus homo qui au
dit me et vigilat ad fores meas
cotidie· et obſeruat poſtes oſtij
mei· Ad hanc vigiliam hortatur
nos dominus Luce· xij· Vt ſimi
les ſimus hominibus expectanti
bus dominum ſuum quando ue
niat a nuptijs Hoc autem vigi
lare nihil aliud eſt q̄ diligentiſſi
me obſeruare motus iternos af
fectionum noſtrarum· quib⁹ dei
preſentia alteramur a variamur
ad diuerſa genea gratiarū· Nūc
enim p̄mimur ad humilitatem·
nunc vero accendimur ad carita
tem· nunc autez illuminamur ad
miſticam veritatem· et ſic varijs
modis afficimur· ſc̄m q̄ ſpirit⁹
domini nos cognouerit indigē·
et nos ipē dignabitur promoue
re· Et ideo valde attēte obſeruā
de ſunt vie eius· quas diuerſita
tes tangit beatus Job dicens·
Quoniam furtiue ſuſcepit auris
mea venas ſuſurrij ei⁹· quod ex
ponēs beatus Greg⁹· dicit· Ve
nas ſuſurrij eius apit nobis de⁹
cū nobis latēt inſinuat quot mo
dis ad noſtre intelligentie aurez
rit Aliq̄n nos amore aliq̄n timo
re compungit· aliquando q̄ pre
ſentia nulla ſint oſtendit· aliquā
do ad eterna diligenda deſiderijs
erigit· aliquādo prius eterna in
dicat vt poſtmodum temporalijs
ſtatus vileſcat· aliquando nobis
mala aperit· et ad hoc nos inſtru
it vt de alienis malis etiaz dolea
mus· aliquando aliena mala no
ſtris obtutibus obicit· a cōpūc
tos nos miſerabiliter a noſtra
prauitate corripit· Venas itaq̄
duim ſuſurrij audire eſt furtim
diuine aſpirationis motus occul
tos tenuiter et latenter agnoſce
Quippe q̄ ad hoc venit ad nos vt
eius preſentia homo promoueat
et ad hoc recedere ſe ſimulat· vt
auidius requiram⁹ cogentes eū
atq̄ dicentes Luce xxiij· Mane
nobiſcum domine· De hac vigili
a intendebat beatus Gregorius
cum dicebat Vigilat qui ad aſpe
ctum veri luminis mentis oculos
apertos tenet Ipſa enim eſt no
biliſſima vigilia inter omnes· q̄
cito perducit hominem ad perfec
tum· ſicut dicitur Sapientie· vi·
Qui vigilauerit ad illam cito erit
ſecurus· P Sequitur
tertium principale· ſcilicet orate
per quod diximus nos et noſtra
opera ſanctificari· Vnde ſicut p̄
us per actum videndi purgari·
et per actum vigilandi meritis di
tari· ſic per actum orādi dicimur
ſanctificari· Dicit enim veritas
Johan· vj· Verba mea ſpiritus
et vita ſunt· que quantomagis
luminātē tāto veriꝰ homines ex
eis ſanctificanē Vnde· n· ad Thi·
iij· dicitur· Sanctificantur homi
nes per verbū dei et orationes
Pro quo ſciendum· q̄ tres ſunt
ſpēcies orationis pre ceteris ſan
ctiores· que ex triplici genere de
uotionis domino offeruntur· ſi
licet filialis· ſponſalis et diuina
lis· Filialis quidez oratio eſt quā
ſoli filij offerūt deo vt patri· quā
tunc effundimus cum per priora
exercitia ſublato timore peccato
rum dulci affectu dēū adoramus·

stantes in eo affectu coram deo vul
riter amantes et fiducialiter ora
tes. de paterno affectu michil di
no hesitates. sicut filius ante pa
trem participatione spiritus na
turalis filij. q semper prez vulcit
fideliter et fiducialitee orauit dul
citer dicens Abba pater. Fiduci
aliter dicens Ego sciebam quoni
az semper me audis de quo Ap?
ad Romanos. viij. Quoniam e
stis filij misit deus spiritus filij sui
in corda vestra clamantez Abba
pater. Hinc dominus Albert?
Dulcissimum est nomem patris i
ore filij. si tamen filius in spiritu
qui a patre procedit in filium o
rat deum. suspirans ad patriam
quam in isto affectu seper sperat
se tanq̃ iure hereditario possidere
Nec tamē deuotio non est plena.
quia deum diligit propter hereditatez. in illo amore oculum refle
ctens ad patriam. Ad hanc orati
onem dominus instituere nos vo
luit cum dominicam orationē pa
tris nomine inchoavit. Secun
da oratio sponsalis dicit̃ q̃ ex ta
li affectu amoris deo offert̃. quaz
tasta sponsa exhibz sponso. que
nec diligit nec quēit nec desiderat
aliquid propter sponsum Naz si
ue eam corripiat siue durum ei ex
hibeat siue percuciat. siue quocun
qz alio modo indignationis ocu
lo eam respiciat diligit tamē spō
sum. Sic oratio sponsalis orat de
um. non propter gratiam impe
trandam. nec propter patriā pos
sidendam. sed orat deum sponsuz
et diligit propter se. secunduz il
lud Psalmiste Quid enim michi
est in celo et a te quid voluj super
terram Vsq deus cordis mei et
pars mea deus in eternuz. Quip
pe qui est ei plus in affectu. q̃ om
nia desiderabilia q̃ poterit exop
tare In hac aspectione anima fi
spēsa incipit languere. et pre
impatienti desiderio estuare inter
pellans omnem celi militiā dicēs
Adiuro vos filie ihrusalem. vt ā
nuncietis dilecto quia amore lan
gueo. De hoc affectu dicit beat?
Bernardus. Subtractio amati
augmentatio desiderij ē. et quod
ardentius optat carere egrius. et
hic est languor amoris. qui non ē
aliud nisi tedium impatientis de
siderij. Q. Tercio oratio
dicit̃ diuinal' que de pleno pmp
tuario omnium gratiarū et max
ime ex diuine presentie fruitione
domino exhibetur. per quam sā
cti homines inebriati Juxta illud
Ps̃. Inebriabuntur ab vbertā
te domus tue. premimia dulcedi
ne detruncatas orationes domino
euaporant vel deficiūt i oratione.
nescientes q̃liter aut quid loquā
tur. Quod taz in figura q̃ in scp
tura deuotis hominibus legim?e
uenisse In figura sicut .i. Legum
.i. legitur q̃ Anna loquebatur in
corde suo. tantumq labia ipsius
mouebantur et vox penitus non
audiebatur. estimabat q̃ Heli sa
cerdos eam temulentam diritq
ei Vsq quo ebria eris etc̃. Simili
ter in scriptura beatus Bernar
dus super illo verbo detruncato
Dilectus meus michi et ego illi di
cit. Affectus hic loquitur non
intellectus. Et subuingit Ber.

ad q̃d ẽgo sic loq̃t spōsa ad mihil aliud ñ q̃ mira biliter delcāta· ñ qb ꝙuis dixit· nec tamen omnino sensit exprimẽ· Dñt em̃ voces suas affectus· p q̃s etiā se aī nolūt pdūt· que sūt timor meticulosas dolor gemebundas· amor iocundas· vbi grā Sicut nunq̃ merentiū singultus· vel gemit9 percussorum· vel etiam saturator ructus ratio creat· vel etiam deliberatio ordīm at· aut p̄meditatio formar Sic fla grans amor· p̄sertim diuinus cum se intra sē cohibẽ nō prevalet· non attendit quo ordine· qua lege verborum ebulliat· interdum nec verba q̃rit nec voces vllas· solis suspirys cōtētus· Inde est vt quicunq̃ ei9 modi est sancto amore flagrans· et incredibili modo exestuans· vt quantulacunq̃ euaporatione ardorẽ quem patitur ẽspiret· q̃si non sufficerat quid à qualiter eloquatur· sed quicquid in buccas venerit amore vrgente nō enuntiat sed eructuat· Ad qnam eructationẽ in p̄senti pregustādam et in futuro ad superẽffluentem em repletionem eternaliter possidẽdam nos ducat x̄ps aē·

Sermo· xxxix· ¶ De sancto Marco euangelista· sermo p̄mus·

Vtrū autem q̄ fuerit corporalis
Q. ¶ Nos autem hanc ambi
guitatem transeūtes simplicit
dicimus q̄ cum deo in forma an
geli luctabat sequētes egregiū
doctorem Gregorium. Qui di
cit. Quis est iste angelus nisi ille
qui a propheta dicitur magni cō
silij angelus? Quia enim greca
lingua euangelizare denūciare
dicitē ergo se ipsum in nobis nūcias
deus angelus nominatur. Vnde
Idem Gregorius exponens hi
storiam que in manibus est iterū
dicit Designat ergo angelus qui
cum Jacob luctabatur deum. Ja
cob autē qui cū deo angelo con
tendit vniuersaliusq̄ viri perfecti
et in contemplatione positi ani
mam exprimit. q̄videlicet anima
cum contēplari deum nititur ve
lut in quodam certamine posita
modo quasi supat. quia intelligē
do et sentiendo de incircūscripto
luce aliquid degustat. mō vēo fue
cumbit. q̄ et gustādo iterū defi
cit ¶ Tercio dicēdū ē de luctamis
aggressioē. de quo licet aliquid
p̄dictum sit. hoc tamen expressi
us exponamus. Nam de hoc con
gressu dicit Gregorius. Cum ad
parentes ꝓprios. Jacob rediret
in via angelum inuenit. cuz quo
in luctatu magnum certamen ha
buit. Et subiungit idem. Qui in
luctamine certat aliqñ se superi
orē. aliquando vero eo cum quo
contendit se inferiorem inuenit
Est enim in contemplatiua vita
magnanimitatis contentio cum
sese contemplator ad celestia eri
git. cum in rebus spiritu alibus a
nimum intendit. cum transgre
di nititur omne qđ corruptibile
videtur. cum sese angustat et di
latat. et aliqñ quidem vincit a re
luctantes tenebras fue cecitatis
exsupat. vt de icircūscripto lumi
ne quodaz furtim a tenuiter at
tingat. seo tamen ad semetipsaz
protinus anima reuerberata re
uertitur. atq̄ ab ea luce ad quaz
respirando transit ad fue cecita
tis tenebras suspirādo redit Qua
si ergo vincitur angelue. quan
do intellectu intimo apprehen dit
deus. quasi etiam vincitur homo
quando subtracta intima luce no
lens re mitens q̄ ad assuetas te
nebras reūtitur. ¶ Quarto vi
dendum est de luctaminis conti
nuatione. quod notatur in eo q̄
dicitur. vsq̄ mane. Non enim cer
sandum est ab hoc sancto exerci
tio contemplationis. quousq̄ ori
atur nobis in futura vita sol iusti
tie deus noster. nec hoc intēdim9
q̄ in actu cōtemplationis aliqs
valeat perseuerare a internum a
spectum sine medio continuaē. ꝑ cū

subtracta gratia contemplatiua defecerit se recipiat in actionez· non intentione ibi manendi. sed se reparandi· vt si interrūpatur contemplatio semper tamen cōtinuetur et perseueret intētio Nō per Ezechielem nobis pulchre innuitur vbi dicitur Ibant et reū tebantur animalia Ibant in contemplatiuam vitaz· sed quia nostre corruptionis pōdere pgrauati in illa diu stare non possumus· ē uertamur iterū in actiuā· Et hoc ē qđ ait Eze· super pdicto vbo dōs Cū ab actiua vita ad otēplatiōnē surgimꝰ· qz diu mens nostra stare in contemplatione non potuit· sed omne quod de eternitate per speculum in enigmate conspicit· quasi furtim hoc a per transitum videt· ipsa sua infirmitate ob immensitatem tante celsitudinis animus in semetipsum repulsus relabitur Et necesse est vt ad actiuam vitam redeat. seqz ipsuz continue in vsum bone operationis exerceat· vt cum mēs surgere ad contemplandum celestia nō valz· queqz potest bona agere nō recūset· sicqz fit vt ipsis suis boīs actibus adiuta rursum in cōtemplationibus surgat· a amoris pastum de pabulo contemplate veritatis accipiat· in qua iterum quia diu se tenere ipsa corruptionis infirmitas nō pretest· ad bona rursum opa rediēs suauitatis dei memoria pascitur· a foris pns actibz intus vero sanctis desideriis nutritur

¶ Sequitur secundum principale de gratie assecutione· quam ex prescripta luctatione conseqmur que ibi incipit· Qui cum vi deret qꝫ eum superare non posset Et hec quatuor gratias continet· que in verbis propositis per ordinem ponuntur· scilicet in nerui arefactione· nominis impositione· benedictiōe· diuine presentie exhibitione Primū ibi Tetigit nerbum femoris eius a statim emarcuit· Secundum ibi· Sequaqꝫ vltra vocaberis Jacob· sed Israhel erit nomen tuum Tercuz ibi Benedixit ei in eodez loco Quartum ibi· Ortusqz est ei statim sol postqꝫ transgressus est Phanuel· quod interpretatur contemplās deum vel facies dei Est autē Phanuel locus in quo luctabatur· sic enim dicitur in Geñesi· Et vocauit nomen loci illius Phanuel dicens Vidi dominum facie ad faciem et cetera·

S. ¶ Si ergo has gratias spiritualiter intellectas consequi cupimus· cum angelo id est cum deo magni consilii ꝫ angelo luctamē aggrediamur· quem si vicerimus prescriptas gratias cōsequemur. Quod pene eisdem verbis dicit beatus Gregorius sic loquens Et nos si ad patrēs proprios id est ad sanctos in celo cupimus redire· teneamꝰ in via angelum· vt suauitate imma apprehendamus deum ¶ Dicit ergo gratia quā deuoti homines ex hoc luctamine consequuntur· si tñ perseuerādo vicerit· vt eis dei valeat Si vltra deū fortis fuisti· qz to magis vltra hoīes pualebis dicit a ē nerui vtractio· et pse qđ nobis innuitur· qꝫ per huius

luctamis victoriam omnis in nobis carnalitas et terrenitas extinguitur et marcescit. vt nichil talium libeat. Sed sicut pus talia delectabat habere. sic modo multo plus delectat carere Et hoc est quod dicit Gregorius Omnipotens deus cum iam per desiderium et intellectum cognoscitur omnem in nobis voluntatem carnis abfacit. et qui pedibus quasi duobus imitentes et deum videbamur gradi et se aliquid tenere. post agnitionem sue uilitatis dei vnus in nobis pes sanus remanet atque alius claudicat Quia necesse est vt debilitato amore seculi. solus in nobis conualescat amor dei. Si ergo tenemus angelum vno claudicamus pede. quia deficit in nobis fortitudo amoris intimi infirmatur procul dubio carnis fortitudo. quia omnis quasi claudicat vno pede soli illi inniti tur quem sanum habet. qua carnem terrenum desiderium iam arefactum fuerit in solo pede amoris dei tota virtute se sustinet. et in ipso stat. quia pedem amoris seculi quem ponere in terram consueuerat iam a terra suspensum portat Vt ergo breuiter dicamus habemus carnis et seculi cōtemptum non refrenatum. sed quasi natue implantatum. non coactum sed quasi in naturam redactum. vt quod prius fuit delectabile modo sit abhominabile Et hoc est quod dicit Bernardus. Spiritualis homo corpore suo vtens spiritualiter seruitutem eius quam habet animalis per vim coactam. rationalem autem per vim subtractam. spiritualis inquam habet illam quasi naturaliter affectam. et vbi ille animalis hanc per modum necessitatis ille rationalis per modum caritatis iste spiritualis habet eam vsum in moribus Sed diceret aliquis. Numquid tales sunt maiores Paulo. qui raptus in tertium celum et videns sustinuit stimulum carnis Hic respondentur. quod licet paulus sustinuerit stimulum carnis. hoc tamen dispensatiue a deo permissum est. vt post tantam gratiam in eo humilitas seruaretur. Et ideo non obstante illo stimulo antequam consecutus fuisset mille prius grauibus mortibus succubuisset. An non credis. quia non solum neruus. sed totus ipse marcuit cui dicebat se mortuum dicens. Viuo iam non ego Viuit autem in me christus. Vnde dicebat Iam non operor ego illud. sed quod inhabitat in me peccatum

Sermo. lvi. De eodem. Sermo quartus.

Nequaquam vltra vocaberis Iacob sed Israhel erit nomen tuum Ibidem vt supra dicit Augusti. Quis quis habet caritatem vt quid illum longe remittimus vt videat deum? in scientiam suam attendat et ibi videbit deum. E. Expedita ergo vtrique vna gratia. quam homo consequitur post luctamen scilicet nerui arefactione. per quam omnium terrenorum et carnalium affectum diximus emarcuisse Nunc seruato ordine proposito dicendum

est de hominis immutatione. Sic enim dicitur in verbo proposito. Nequaq̃ vltra vocaberis Jacob sed Israhel erit nomen tuum Ac si patenter dicat Nequaq̃ vltra .i. in reliquum vocaberis Jacob. i. luctator cum vitijs et concupiscẽ tijs sed Israhel. i. vir videns deuz erit nomen tuum. i. debes de cetero vocari. quia extinctis vitijs debes in reliquum vacare deo et eius mirabilia contemplari Quẽ ordinem legimus in naturis rerũ prefiguratum. Nam formica postq̃ diu reptando laborauit in terra tandẽ natura ei applicat alas. Ac si dicat natura ei. Nequaq̃ reptando vlterius laborabis in terra. sed nobiliorem statuz inuoles volitando Sic in proposito In eo q̃ Jacob qui luctator siue supplantator dicitur tollitur et Israhel imponitur. iubetur a laboriosis operibus cessare. et contemplatio dei que est mẽtis quietudo et amabilis valde dulcedo de cetero inducitur. in qua super omnia mundi de sideralia delectetur. V.

VErum quia per huius nominis imp̃onem iubemur deum contemplando et speculando in reliquuz videre. quomodo illud fieri possit et quomodo deus in hac vita videtur vel si possibile sit videri iam elaborandum est. Nam sacra eloquia sanctorum in hac materia sibi videntur plurimum dissentire Dicitur enim Exodi. xxxij. Non videbit me homo et viuet. Sic enim Moises dicit ad dominum. Domine si inuenj gratiam in oculis tuis ostende temetipsum mihi. Et respondit dominus. Non potes videre faciem meam Non enim videbit me homo et viuet. Item Job vicesimo octauo Abscõdita est sapientia ab oculis omnium viuentium. Item Johannis primo. Deum nemo vidit vnq̃ Qui omnes in hoc consonant q̃ deus videri non valeat in hac vita Cuius contrarium multis locis datur testimonijs. Dicit enim Jacob vbi supra. Vidi dominum facie ad faciem et salua est facta anima mea Vidit enim Job dicẽs Auditu auris audiui te nũc autem oculus meus videt te. Vidit etiam Ysaias Ysa. sexto Vidi dominũ super solium excelsum et eleuatũ et plena erat omnis terra maiestate eius. Vidit eum Micheas Propheta tercio Regum vicesimo secundo dicens Vidi dominũ super solium suum sedentem et omnem exercitum cœli astantem ei a dexteris et a sinistris. Sic patet q̃ sunt aliqui qui asserant deum posse videri. et quidam qui asserunt nullatenꝰ posse videri Quorum controuersiam vnus ex eis Ysaias videliz discutit. dicens quo et quomodo videatur. Cum enim diceret Vidi dominum sedentem nẽ. subiunxit Et ea que sub ipso erant replebant templum Quod exponens Gregorius dicit Nos templum dei sumus in quorum mentibus habitare dignatur. sed ea q̃ sub ipso erant replebant tẽplum. quia quicq̃ de illo modo conspicitur adhuc non est ipse. et sub ipso ẽ. ea ergo que sub ipso fuit implent templum. q̃ cum mens in

Quod autem sup̄ solium excelsum & eleuatū sedisse dicit. hūanā creaturam et aīam rationalē aut per intellectū deus presidet significat Juxta illud Sapie. Anima iusti sedes est sapie. que per dei presentiam advidendū eius gloriam eleuatur Sic em̄ dicit Gre. Humana creatura solium excelsū et eleuatū dicitur. quia ad celestē gloriam eleuata proficit. Quod autē subiungit. Et plena erat om̄is terra maiestate eius. hoc intendit q̄ anima sic visitata tāta abūdantia gratiarum illustratur. q̄ etiam in corp̄ quod est terra redundat. quod etiā ad sensum est rō pertum. Quid aūt sit templum Gre. iterum insinuat Templum eius hoc est quod solium. quia et nus rex inhabitat vbi sedet Nos ergo templū eius sum̄. in quor mentibus habitare dignatur. & ea que sub ipso erant replebant tēplū. q̄ q̄ēq̄d de illo mō conspicimus adhuc nō est ipse. Sic Jacob angelum vidit. et vidisse se deum fatetur. q̄ cum misteria eius conspicimus. iam multum ē q̄ sup nosmetipos leuamur. X Verū q̄ nec Ysaias nec Gre. explicāt q̄o fit illud quod sub ipso existens impleat templum. i. animam Ysaias vero solum dicit. q̄ ea que sub ipso sunt Et Grego. hoc exponens nil aliud dicit. nisi q̄ ea q̄ sub ipso erāt est quam q̄ non est ipse. Ego autem curiosus explorator scire cupiens quid sit illud in diuersis diuersa legi. et nonnunquam in aliquo doctore hoc modū explanatū. q̄t q̄ o lēor

vj

contemplatione prōfecerit. non iam quod ipse est. sed tantum q̄ sub ipso est contemplatur. quoniam et si angelus apparet infirme tamen mentis desiderio satisfacit Vnde quicumq̄ eius misteria sic raptim conspicimus iam multum est quod sup nos ipsos leuamur Vnde subiungit. Quod est q̄ patres veteris testamenti deum se vidisse testati sunt. cum tamen videri non posse aliq̄ constanter affirmēt. nisi hoc q̄ patēter datur intelligi. q̄diu hic mortaliter viuitur videri deus per quasdam p̄ magines potest. sed per ipsam naturē sue speciem non potest. vt anima gratia spiritus sancti afflata per figuras quasdam deum videat. sed ad ipsam vim eius essē tie nō pertingat. Quamdiu ergo i hac carne mortali viuitur. nullus ita in contemplationis virtute proficit. vt in ipso iam incircumscripti luminis radio mentis oculos infigat. Neq̄ omnipotēs deus iam in sua claritate conspicitur. sed quidam sub illa specialatur vnde anima refota proficiat. vt post ad eius visionis gratiam pertingat Quid est ergo dicere Anno quo mortuus est Ozias Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. & plena erat omnis terra maiestate eius. et ea que sub ipso erant replebant templum. nisi quando mundi elatio per supbū & presūptorem regem Oziam designata a desiderio mentis occiditur et moritur. tūc videm̄ dōm sedentē. hoc est tūc mens nrā dei gloriā ptēplat.

nō dedigneris meum accipere
sensum nisi et tu inueneris melio
rem. Deus vt ait Moyses ignis
consumens est. Deus vt ait Jo
hannes caritas est Deus ergo sē
cundum ābos ignea caritas ē qui
cum ad animam venerit ipsaz ex
sui p̄sentia calefacit, vt et ipsa
ignea caritate ardere incipiat. Il
la ergo inflammata caritas que
ex dei p̄sentia accidit anime me
o iudicio saluo meliori est illud
quod Ysaias vocat sub ipsō esse
et implere templū. a quod Gre
gorius notat nō esse illud quod ē
deus nec etiam est deus. Quod
expresse declarat Bernardus di
cens. Hecte caritas deus a dei do
num ē. itaq caritas dat caritatē
substantiua accītalem. Hoc di
cit Ysaias eē sb deo a iplē aē Gre
gorius eē qđ nō sit deꝰ Jtē deꝰ vē
tas Jpo dicēte Joha. xiiii. Ego sū
via veritas et vita. qui cum ad
animam venēit sua veritate illu
strat eam ad cognitionē a sapiē
tiam. et talis illustratio illuīnās
animā ē illud quod Ysaias dicit
esse sub deo et implere templum.
et Gregorius. quoddam qđ non
sit ipse Similiter deus est dulcedo
Juxta illud Sapientie. xvi. Sub
stantiam enim et dulcedinem tu
am quam in filios habes ostendē
bas. Hec ergo dulcedo cū afficit
animaz ex sui p̄sentia ad dulcorē
talis dulcor est sub ipso et non ē
deus. Primum fit a patre Secun
dum a filio Tercium a spiritu sā
cto a. Quod etiam ad
huc per similitudinem possumus
declarare Tres virtutes prēdūt
a sole. scilicz virtus calefactiua,
illuminatiua. fructificatiua. a nī
hil horum est sol. sed sūt sub sole.
dicimus tamen cōmuni modo lo
quendi. video solem cum video
splendorem in pariete. vel sol v
rit me cum hoc immediate nō fa
ciat sed ardor solis. Sic a per om
nem modum cum deus per subie
ctam creaturaz patribus appa
it dixerunt se vidisse deum. cū ta
men creatura media vtpote an
gelus exterioribus sensibus se ob
iceret. vel aliqua ymaginatoria
species interioribus sensibus ap
pareret Naz de primo dicit Ge.
xxxii. Cum Jacob luctās cum an
gelo dixit Vidi dominuz facie ad
faciem et salua facta ē anima me
a. De secundo dicit beatus Ber
nardus. Cū diuinit9 aliquid rap
tim a. vlut in velocitate chorusci
luminis interluxerit mēnti exce
denti. siue ad temperamentum mi
nus splendoris. vl ad doctrine v
sum continuo nescio. vnde assūt
ymaginatorie quedam veram im
ferioꝝ similitudines infuse di
uinitus. sensib9 conuenienter ac
cōmodate. quibus adumbratus
splendidissimus veritatis radius
et ipsi ānime tolerabilior fiat. et
quibus illum cōmunicare volue
rit capabilior fiat. Nec soluz has
duas apparitiones sed nec pu
rissimum diuinum luminis splendo
rem quia raptim quasi illuxerit
dicimus esse deum. Quicquid e
nim ab anima percipitur i eo qđ
percipitur non est deus. Vnde ā
tiqui sancti qui habuerunt sine
scientia simplicem sanctitatem

credidẽrunt a dixerunt talem ꝯ
tiam quam raptim in cõtempla
tione senserunt esse deum. qđ in li
bro sentẽtiarum dicitur pro arti
culo condempnato. ℣ Tercio sed
uato ordine lõge ante proposito
dicendũ est de benedictionis asse
cutione. quam sancti homines ex
premisso luctamine assecuntur.
Sic enim dicitur in premisso thẽ
mate Dimitte me inquit Angelus
ad Iacob Jam enim aurora ascẽ
dit. respondit. non dimittam te
nisi benedixeris michi. a seqtur.
et benedixit ei in eodem loco Sic
angelus magni consilij deus post
luctamen beate cõtemplationis
benedicit hominem ad omnez sã
ctitatẽ vite eius que nunc est pari
ter et future. ℣ Bene
dicitur aliquis ad tria scilicz ad
meritorum multiplicationez. v
tutum vegetationem. et ad sanc
titatis perfectionem. ℣ Primo ut
co benedicitur homo ad merito
rum multiplicationem. quia post
victoriam predictorum luctami
num tam grati erũt deo et acep
ti huiꝰ modi victores. vt õne qđ
agunt et etiam qđ patiuntur eis
in meritum computetur. vt dica
tur illud Eccĩ. Sede et comede
in gaudio panem et bibe vinum
tuum in letitia. quia deo placent
opera tua Ac si dicatur Si sedere
id est quiescere a comedere et bi
bere que secunduz corpꝰ delectãt
placent. multomagis ad magna
merita omnia alia computantur
Cum enim homo pmũ placet tũc
per cõsequens omnia sua placẽt.
Nam vt ait Gregorius Nõ abel
placuit ex munere. sed munꝰ pla
cuit ex abel De hac benedictione
dicit Genesis primo Benedixit qz
deꝰ illis et ait Crescite et multipli
camini a replete terraz Hinc Eccĩ.
xi. Benedictio dei in mercedem festi
nat iusti. a honore velociꝰ pascus
illius fructificat. ꝯ. ad Corĩ. ix.
Qui ãministrat semẽ seminãti et
panẽ ad mãducandũ pstabit. a
multiplicabit semẽ vestrũ. a auge
bit incremẽta frugũ iusticie vrẽ.
℣ Secũdo bñdicũtur hy victores
ad virtutum vegetationẽ Cum e
nim in spirituali statu nemo possit
proficere nisi virtutibus nobilitet
Ideo hec secunda benedictio ẽ ne
cessaria ad salutem Ex cuius effi
cacia virtutibus vegetamur Sic
enim dicit Bernardus Deus vir
tutum neq̃q̃ montis thalamum
ingreditur nisi lectulus conscien
tie virtutibus fuerit adornatus.
Et subiungit Quantumlibet te
affliges non dabit copiaz fui nu
de anime. nõ insidet nisi virtutũ
vestibus intrroiectis De hac bene
dictione dicitur in Pſ. Benedic
tionem dabit legislator. ibunt de
de virtute in virtutem. Bernar
dus Beate a sancte vite in anima
locus esse non poterit nisi mens
vestibus interiectis. Domino eñ
sessuro super azellum vestes suas
discipuli substrauerunt. signan
tes deum nequaq̃ nude anime in
sidere quam non inuenirent vesti
tam virtutibus a moribus apsto
lorum. ℣ Tercio benedicuntur
tales victores ad plene sanctita
tis perfectionem. que ex meritis
præcedentiũ bonorũ ita copiosa erit

sufficiens et perfecta · vt ex virtū te eiusdem perfectionis omnia q̄ sunt hominis se disponant et ordinent ad perfectionem. De hac benedictiōe dicit Ecc̄ · xxxix · Benedictio domini quasi fluuius inundans · ℣ Sequitur quartum principale longe ante positum scilicet de diuīe p̄sētie exhibitione · qō in eo qō subiungitur in predicto themate intelligitur cū dicit Ortꝰ q̄ est ei statim sol . quia post predicā quatuor luctamina · si tamen strēnue vicerimꝰ orietꝰ nob sol iustitie cristꝰ deus nr̄ · non q̄ deū p̄ us non habuerimus cū sine eo prius nichil possimus · sed q̄ nobis mō oriat cū flagrāti et amorosa dilectiōe · luiosa cogitatiōe · et q̄ tū possibile ē in hac vita gratiosa fruitionē · vt ad manū habeamꝰ semp deum cum ineffabili dulcedine. nūc primū deo plenum obsequium psoluentes. Juxta illud Eccī · xviij · Cuz consūmauerit homo tunc incipit · et cū quieuerit tunc laborabit · expectans cū gaudio vocationem suam · hoc totuz operante deo q̄ est benedictꝰ ac ē

Sermo · lvij · C Ad vincula petri Sermo pmꝰ

Quod petrus dormiens inter duos milites Actuū · xij · dicit Gre · hec gesta aliquid in ecclesia significat gerēdum Sic quippe necesse est vt audiamus que facta sunt quatenꝰ cogitemus que nobis sunt ex eorum imitatione facienda Hoc ergo festum quod ad vincula Petri dictum est ad hoc institūtum credimus · vt per petri vinculationem de peccatorum nostrorum vinculis cōmoneamur · et per eiꝰ liberationem quomodo et nos liberari possimꝰ instruamur · Hec ergo gesta de Petri liberatione est tangenda · vt per eam quadā similitudīne ad peccatorum libēationem iusto ordine perueniamꝰ Illa autem hystoria tāgit octo · scilicet angeli ingressionem · caloris illuminationem · lateris percussionem · Petri excitationem · eius cinctionem · calciationem caligarum · vestimenti amictionez, angeli imitationem · Primum tāgitur in eo q̄ dicitur Angelus domini astitit · Secundum ibi Et lumen refulsit in habitaculo carceris Tercium ibi · percusso q̄ latere Petri Quartuz ibi · excitauit eum dicens surge velociter. Quintum ibi · precingere Sextum ibi calcia te caligas tuas · Septimuz ibi · inoue tē vestimētis tuis Octauuz ibi · sequere me Sed quid nobis ista hystoria proderit · si nichil in ea quod edificet inuenīē? Aut aut tam dulciter et reuerenter singulis animis in ecclesia recitatur et retexitur . nisi eisdem spiritualiter intellectis quicq̄ peccatores possint a peccatorum suorum vinculis liberari? C ℣ Quid enim per Petrum vinculatum et liberatum nisi peccator accipit? qui cum ab Herode id est diabolo · vel per consensus inclinationē vel mali operis perpetrationem captiuatur · duabus cathenis · id ē timore de amissiōe tum et amoꝰ

de adhesione mali constringitur et ligatur. qui si liberari debz necesse est hoc fieri p omnia predicta spiritualiter intellecta. ℣ Primum ergo ad peccatoris liberationem. quia per nos nequaq̃ liberari possumus necesse habemus angeli ingressionem. Illius inq̃ angeli qui per Ysaiam Prophetaz vocatus est angelus magni consilij qui est deus Nullus enim vnq̃ a peccatis absoluitur. nisi deꝰ cor nostrum ingrediatur et dignetur nos misericorditer visitare Quod intelligentes Prophete certatiz omnes acclamabant. Visita nos domine in salutari tuo. ℣ Secundo postq̃ deus carcerez cordis nostri ingreditur. carcer noster ad cognoscendum mala que commisimus eius presentia illustratur. ℣ Tercio adhuc propius accedens latus vbi cor nostrum iacet perfudit. quod ad penitẽdum scinditur sine mora. Et ex hijs tribꝰ scilicet dei ingressione. carceris illuminatione. cordis percussione. q̃ m peccatis delectabiliter dormitabat vigilare incipit. et profundissime penitere. et si in istarum trium virtutum statu perseueremus statim peccata nostra plemissime remittũt Et hoc q̃tum ad offensam dei. ita vt si talis morte p occupatus discesserit in refrigerio erit. Sed ad hoc opus est multo labore. multo sudore. vt macula contracta in anima deleatur. Dicit enim dominꝰ Albertus supmissam Oportet hominẽ p multa trahi. anteq̃ peccatum pe mitus deleatur. Licet enim m exteriori contritione offensa dei. que ad eternam penam obligat per omnia sit sublata. tamen adhuc remanet macula. que ad penaz obligat temporalem. Et ideo sequitur in predicta Hystoria. surge velociter. ℣ Quarto ergo angelus qui est deus dicit nobis. Surge velociter per exhibitionez operis ad satisfaciendum. Ac si dicat Si post cordis compunctionez et peccatorum remissionem moraui uelociter accesserit. tunc predicta nõ sufficiunt nisi adiuncta fuerint que sequuntur. In verbo ergo surrectionis de satisfactione opis commonemur. Que autem et q̃ lia opera sint facienda. vt per ea deo satisfaciamus. ℣ Sciendum est q̃ tres habitus possidet homo. scilicet tres. corpus. et animam. Per que peccata possũt emendari. Nam de rebus dicitur Thobie quarto. Elemosina ab oi peccato et a morte liberat. et facit inuenire misericordiam et vitam eternam. Vnde Ecclesiastici tercio. Ignem ardentem extinguit aqua. et sic elemosina extinguit peccatum. Secundo peccata per corporis exercitia emendamus. Vnde Job tricesimo tercio Inuenit in quo eum propicier. cõsupta ẽ caro eius a suppliciis. Item Psalmista dicit. Vide humilitatem meam et laborem meum. et dimitte vniuersa delicta mea. inuens pecã labore corpis dimitti Tercio per exercitia anime peccata emendamus. Vnde prima Petri quarto dicitur. Caritatem cotinuam habentes Quia caritas

operit multitudinem peccatorum
Sed quid p̄dest peccatoruz satis
factio si non adiungatur eorūdez
peccatorum cessatio? E.
Quinto ergo in predictis verbis
subiungit precingere. Quod est
dicere. precinge lumbos tuos. i.
per continentiā caueas ne satisfa
cienda iterum cōmittantur. Si e
nim laui pedes meos per satisfac
tionem. quid p̄dest si per cōtinen
tiam filia nō caueo? Eccl. xxxiiij.
Qui baptisatur a mortuo et iterū
tangit eum. q̄d prodest lotio ei? ?
Nam vt ayt Bernardus. Erit si
ne dubio recidiuanti q̄p iacenti de
terius. Quia sicut dicitur Eccle.
ix. Qui in vno offendit multa bo
na perdit. Si autem plene et per
fecte volumus liberari cū Petro
precingamus nos in artum sta
tum ne iterum cōmittamus alia
apponētes. ne si in vna pte emē
damus et in altera pte peccam?
quantō ex vno liberamur tātuz
in altero irritamur. Vnde Eccl.
ix. Ve ingredienti duabus vijs.
quia nunq̄ peruenīet quo tende
bat. Quia ibidem. xxxix. dicitur
Vnus edificans et vnus destru
ens. quid p̄dest nisi labor? vnus
orans et alius maledicens cuius
vocem audit deus ? Nec solum
precingamur a peccati cōmissione
sed et ab omni carnali delectati
one Quod cauere non emur.
Osee ix. Vbi dicitur. Noli letari
israel noli exultare sicut populi Ac
si dicat. Noli gaudium tuum po
nere in delectationibus. Sicut fa
ciunt seculares et filij huius mun
di. Quia ut ayt Job Lapides ex
cauant aque. quod est dicere. A
que delectationum excauant. i. e
neruāt lapides. i. fortes homines
qui duri videntur in laboribus
vt lapides. Vnde dicit Augustinus
Si animus noster habet vnde ob
lectetur extrinsecus sine deliciis
a delectatione manet intrinsecus
quia nō potest vtraq̄ possidere
Qualiter autem et quam dili
predicta omnia agere debeamus
instruimur in sbiūctis F.
Sexto ergo in predictis vbis sub
iungitur. Calcia te caligas tuas
Ac si dicatur. In omnibus predi
ctis quomodo se quisq̄ ḡere de
beat. et ea q̄diu actitare exem
pla sanctorū nos instruāt quos tā
q̄ exemplaria inspiciamus. Od
non ex proprio capite recipio.
sed Gre. sic exponit dicēs Quid
sūt pedes nostri nisi opa nostra ?
quid vero calciamenta nisi pelles
mortuorum animalium? calciamē
autem pedes muniunt. Que ve
ro sunt mortua animalia ex quo
tum pellibus pedes nostri muni
untur nisi antiqui patres qui nos
ad eternam patriaz preceserūt?
quorum tum exempla conspicie
nostrorum operum pedes muni
mus. Calciamenta ergo in pedi
bus habere est mortuorum vitaz
cōspicere. a nostra vestigia a pec
cati vulnere custodire. Nec autē
exemplaria hoc maxime videtur
astruere. vt vitam ipsorum in nos
transferentes vsq̄ in finem strē
nue perseueremus. Cum enim se
cundum Philosophum Vnaq̄q
res a fine nominatur. Nulla vita
vita bona dicetur. nisi que in finē

bonuz fidēliter perseuerat Illi au
tem veraciter perseuerant. quoꝝ
vita de die in diem proficiens.
et de virtute in virtutē pgrediēs
per momenta singula accipit in
crementa Si enim bona vita vsq
in finem ducitur. affectu tamen
languente vel etiaz deficiente. ta
lis vita licet bona dicatur ex ge
nere operis. tamen veraciter nō
est bona. quia quod melius est in
opere saz deuotio in ea deficit. Sz
affectus et effectus in nobis strē
nue perseueret. Vt de nobis dici
possit quod de Ysaac Patriarcha
dicitur Geneſis. xxvi. Ibat pro
ficiens atq; succrescens donec ve
hementer magnus effectus est.
et talis perseuerantia cū paucis
permanet. quia circa vesperum
vite languescere incipiunt et te
pere. Quod beatus Bernardus
lugens cōqueritur sic dicens Nō
sine causa cum sint in nobis eadē
principia conuersionis cū patrib9
dispar valde conuersionis perfe
ctio inuenitur. adeo vt cum ipos
de die in diem profeciſſe et cursū
consummasse legam9. apud nos
iam magnus estimetur. si quis
vel ipsa fue conuersionis primor
dia conseruaret. vt non min9 hu
milis timoratus sollicitus. non mi
nus feruens in medio q̄ in primci
pio inuenīretur. Quibus in Apo
calipsi. ij. dicitur. Habeo contra
te aliquid. caritatem primā dere
liquisti. Sed quid si in predictis
bene paractis homo incipiat in e
lationem. in corde suo dicens illud
Luce decimo octauo Gratias tibi
ago. quia non sum sicut ceteri ho
mines. Erit sine dubio. sicut ayt
beatus Gregorius totum instar
coniecti pulueris ventis obnoxi
um Et ideo subiungit qđ valde ne
cessarium est ad predicta.

G. Septimo ergo predictis
annectitur. induere vestimē tis
tuis. Ac si dicatur Ne de bonis a
deo tibi datis superbias. consi de
ra infirmitates tuas et carnis tu
e. et memento q̄ cinis es et puluis
es Quod autem vestimentum cor
pus debeat intelligi. docet beat9
Gregorius dicens super illo ver
bo Job nono Abhominabuntur
me vestimenta mea. Quid vesti
menti nomine. nisi hoc terrenum
corpus exprimitur? cuius infirmi
tas tanto diligentius cogitanda
est. quanto a domino sublimius
promouemur Vel vestimentum
est caritas vel custodia omnium
sensuum. quia vestimētum tegit
totum corpus ac. Qui od benefa
ciebat Abrahaz. qui cum a domi
no ad tantam fam caritatem es
set assumptus. vt cum eo tanq̄z
amicus cuz amico loqueretur. ne
ex hoc superbiret vocauit ad me
moriam carnis sue vilitatem di
cens Loquar ad dominum meum
cum sim puluis et cinis Geneſis
decimo octauo De hac consideraci
one monuit nos dominus Luce
quinto et Johannis quinto. Cū
cuidam sanato dixit Tolle lectū
tuum et vade in domum tuaz Ac
si diceret Ne de gratia curatiōis
superbias. tolle lectum infirmi
tatis tue et porta in domum co
gitationis. vbi eandem ante o
culos mentis positā semp valeas

meminisse. D. Hinc est
q fidelem illam dispensationem
cum dilectis suis et electis domi
nuti frequenter actitat. vt quãto
altius in gratys et in contẽplati
onibus subleuantur. tanto ex in
tuitu ꝓprie infirmitatis humilien
tur. Hinc Greg. Sancti viri qui
subleuante spiritu ad sũma rapi
untur q̃ diu in hac vita sunt. ne
aliqua elatione superbiant qui
busdam temptationibus ꝓprimũ
tur. sicq fit certo moderamine.
vt vnꝰquisq sanctorum interi⁹
ad sũma rapiat. a tamen adhuc
temptetur exterius. Sicq mag
no ordine cognoscimus quid in
teriori profectu accipimus. et in
exteriori defectu quid sumus. et
miro modo agitur vt nec quisq̃
extolli debeat. nec de temptatio
ne desperet. Quia dum spiritus
sursum ad deum trahit et caro re
trahit subtilissimo interim iudi
cis moderamine infra sũma et su
per infima in quodam medio ai
ma libratur. Quod cognoscen
tes viri spirituales quãto altius
p ficiunt tanto humiliando sese
deiciunt. dicente Bernar. Per
fecti quicq et spirituales cum ad
robur et firmitatem virtutuz ve
niunt. premunt se in id quod in
cipientium est. a vnde infra se de
scendunt inde supra se ascendũt
et humiliando se proficiunt. Nõ
arbitrantes negligendam cõsci
entiam voluntarie subiectionis.
vsum socialis vite et dulcedinez
superne caritatis. a dulcescit eis
cohumiliari summe maiestati.
opauperari filio dei. diuine sapiẽ
tie conformari. hoc sentientes i
semzipsis. qs in cristo ihesu. Hic
surgit i eis illa sapia amor cũ timo
re exultatio cũ tremore. Hys itaqz
opletis Octauo pdcis atinectit
et felicitet concluditur. Sequere
me. Ac si dicat angelus. In prę
dictis profectus vite humane o
cluditur hinc restat quod dicitur
Sequere me id est angelicam vi
tam tene J. Habent
autem angeli tria exercitia. scilz
purgare. illuminare. perficere.
Sic qui vsq huc peruenunt hãc
vitam angelicam in se transfigu
rent. debent enim peccatores o
rationibus et persuasionibus pur
gare. Jam bonos et in melius
proficientes operum suoruz exem
plo illuminare. a se ipsos perfice
re. hoc est debẽt conari ad hoc.
vt perfecti fiant Licet em̃ iam p
fecti sint. nunq̃ tamẽ debent se
ita perfectos iudicare. vt perfec
tiores fieri non possint. sed semp
vt in melius proficiant conari fi
deliter. dicentes cum Paulo Nõ
q apprehenderim aut perfect⁹ sim
Sequar autem si forte apprehen
dam. Hinc Leo papa. Nec est p
fectorum perfecta iustitia. vt nun
q̃ arbitrẽtur se perfectos. sed se
per de hys in que peruenerunt.
ad ea ad que nondum peruene
runt pia auiditate contendant
Sic itaqz ymitemur Apostolum
Petrum. vt cum eo de cathems

ad regnum peruemamus Sic em dicitur Eccs. nn. de carcere ca thems intrauz quis ingreditur ad regnū Adiuuāte domino no stro ihesu cristo qui ē benedict? in secula seculorū Amen

Sermo. lv in. De sancto do mínico confessore. Sermo prim?

QVi custos est domini sui glorificabitur Prouer. xxvii. dicit Ber. Magna nobis custodia necessaria est. qm āte oculos uidicis omnia agim? cuncta cernentis . R. Vt ergo thema propositum aut noīe huius sancti. scz Dominici conue niat. placuit hoc verbu m nobis assumere. vt tā ratione nominis q thematis de custodia. que om in statui omni etati omni hominī necessaria est occasionem cō gre am loquendi haberemus Naz spi ritus sanctus qui huius sancti fi delem custodiam cognouit futu ram hoc ei nomē impsm propīe tando disposuit. vt q fuam fidelē in tempore custodiam haberet in spe in opere m vite veritate habe ret etiam ex nomine pietatē In verbis ergo propositis duo tāgū tur. scz sancta custodia. a remune rationis gratia Primū ibi Qui cu stos est domini sui Secundum ibi Glorificabitur. Verum quia nullum genus sanctitatis repēte attingitur. sed ad illud qu asi qui busdam gradibus peruenitur . I deo sciendum q gloriosus iste sā ctus ascendendo et proficiēdo q̄n q habuit custodias. Primo enim custodiuit innocentiam Secundo preceptorum obedientiam. Ter cio consiliorum eminentiaz Quar to commissos per fidelem diligen tiam Quinto vēo custodiuit dei a micitiam. Ex quibus omnib? me ruit tandem sublimiter glorificāi et ad regnum celorum exaltari. Primo dico sanctus iste a pu eribus annis incipiens custodi iuit omni sollicitudine innocentiā. cauens et longe a se faciens om nia que suam possent offuscare in nocentiā. Innocentiam dico quā in sacramēto baptismatis contu lit ei deus Siue ergo mundus im pulsaret. caro titillaret. dyabol? infestaret. viriliter restitit dicens singulis et omnibus. illud Job. xxvii. Donec deficiaz non recedā ab innocentia mea Justificatiōez meam quam tenere incepi non de seram. Quod si quid de puluere humane respersiois sine quo aut vix aut nemo viuē poterit irrep serit. statiz per supererogationez satisfactiois hoc modicum quod deliquit penitus exfufflauit

L. Ad quam innocentiam conseruandam duo sunt necessa ria. scilicet principiorum repressi o et occasionum elongatio De pri mo dicitur primo Regum viceśi mo nono. de dauid dicunt Philī stei Quomodo potest melius pla care dominum suum q̄m in capiti bus nostris. De secundo Sara di xit Thobie tercio. Nunq̄m cum lu dentibus miscui me. nec cum his qui in leuitate ambulant partici pem me prebui Et sequitur Ideo mundam seruaui ammam meam

ab omni concupiscentia. ¶ Secūdo cum tempus infantie trānisset et ad annos discretionis, quo bonū a malo discernere potuit puer misset cepit sollicite custodire mandatorum obedientiam, cauens prohibita et operans que precepit deus, in vtroq; de contingentibus nichil omittens, ita vt veracites de eo dicatur illud Eccī. xliv. Nō est inuentus similis illi qui cōseruaret legem excelsi. Vnde sicut dicitur Ecclesiastici. xlv. Dedit illi deus cor ad precepta et legem vite et disciplīne. Et iterum ibidē. Dedit illi in preceptis altissimi potestatem, vt fiducialiter gloriari poterit et dicere illud Job. xxxiij. Vestigia eius secutus est pes meus, et viam eius custodiui nec declinaui ex ea, a mandatis labiorū eius nō recessi, et in sinu meo abscondi verba oris eius. ¶ Verum quia obseruatio mandatorum de se ad perfectionem hominem non inducit. Juxta illud Apostoli ad Hebreos. vij. Nichil ad perfectū duxit lex. Item et illud ad Galathas. ij. Nō iustificatur homo ex operibus legis. Ideo gloriosus iste custos prioribus non contēt? volerus se extendit. ¶.

¶ Tercio ergo custodiuit filium eminentiam, vt nō solum p̄cepta perficeret, sed etiam consilia adimpleret, aduertens subtiliter que consilia deus consiliarius in sacra scriptura proponerz adimplēda. Que licet multa sint Tria tamen cōsilia ad statum huius sancti proprie pertinentia aliqualiter tangem? hic. premittentes primo quid sit consilium, et quomodo differat consilium a precepto. Est autem consilium persuasio melioris tam q̄ precepta contineant. Precepta vero cōtinent ea ad que necessario obligamur. Et in hoc quidem consilia differunt a preceptis. Quia ad precepta necessario obligamur, ad consilia vero non obligamur. Quia precepta sūt necessitatis, consilia vero uolūtatis. Sunt autem vt prediximus tria consilia ad religiosos proprie pertinētia, scilicet paupertatis, castitatis, et abdicatio proprie voluntatis, q̄ tria disponūt hominem singulariter ad perfectionem vite religiose. In quibus iste sanctus se deuote illimiter exhibebat. De primo cōsilio paupertatis dicitur Mathei. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et sequere me. De secundo dicitur. i. ad Corīn. vij. De virginibus preceptum nō habeo cōsilium autem do. De tercio dicit Luc. ix. Si quis vult venire post me abneget semetipsum, et hoc est p̄priā voluntatē renūnet. Et quia iste sanctus nō solum fuit in perfecto statu religionis, sed etiam religionis institutor et custos. Ideo hec tria in vita sua perfectissime obseruabat. Verum q̄ deus cuius gaudium est fortitudo, hūc suum custodē fidelem in sumpsit custodia inueniebat, ideo cōmisit ei thesaurum iterum meliorē, vtpote quez p̄prio sanguine pretulerat, scilz aīas custodiēdas, diuinis operibus et effectu quod primo

pastori petrō dixit. Si diligis mē pasce oues meas. O
Quarto ergo custodiuit omissas sibi animas per fidelem diligenti am dignū quippe dñs iudicauit. vt qui sue domui. hoc est prope custodie fidelis inuentus est. nō sub modio sed super candelabrū ponerētur. vt omnibus qui i dō mo dei sunt. t. in ecclesia lucēret. Si enim magnum est. vt q̄s sup hoīnes populaēs. qui q̄si brutis aialibus similantur constituatur custos. q̄to magis est vt quis sit ita ydoneus. q̄ custos super alios custodes ordīetur. vt sicut quedā scriptura dicta est Cantica canti corū. eo q̄ dignitate sui cunctis a lijs pferatur. sic dominicus di cus est custos. eo q̄ virtute a sā ctitate vite cunctos custodes ali os antecellat. Vt merito ei illud ysaie. v. vaticinū applicetur E rit in nouissimis diebus pparatꝰ mons domus dñi in vertice mō tium. et eleuabitur super colles. et fluent ad eum omnes gentes. et ibunt populi multi et dicent. Venite ascendamus ad montem domini et ad domum dei Jacob. et docebit nos vias suas. et am bulabimus in semitis eius. Quid per nouissimos dies nisi tempus de quo dicitur Luce. xxij. Visit seruū suū scz dominicū hora cene. Et in. t. Canonica Jo. t. Filioli iam nouissima hora est. In quo tpe p paratus est mōs scz dominicus ꝓpter vite eminentiam. domus dñi. t. ordis p̄dicatorū. Qui ordo iuste domus dñi dicit. q̄ omnia que i domo celesti agunt suo mō in eodē ordine actitantur. vide licet vacare deo. laudare deum. contemplari deum. frui deo. que cum fideliter aguntur in cellis au deo dicē. ageli dei immo agelorū dñs cellas amat p cellis. et eque delectatur in cellis vt in celis. Juxta illud Prouerb. vij. Deliti e mee sunt esse cum filijs hominū Sequit. In vertice montiū. quia sanctꝰ dominicus iā mōs ppara tus positus est super vertices mon tiū. t. sup capita platorū ordis sui. vt sit mōs mōtiū sicut deꝰ ē deus deorū. Sequitur i p̄dicta auctori tate. Et eleuabit sup colles. t. su p simplices pfessores ordinis sui. qui licet sint inferiores respectu superiorum. habent tamen et ipsi adhuc eminentiam respū inferio rum scilicet simplicium populoꝝ ꝓpter vōtum professionis. sicut colles habent altitudinez compa ti ad terram. Sequitur Et fluent ad eum omnes gentes. q̄ tota di e eccia ad eos tanq̄ ad p̄cipua lu minaria confluit. vt ab eis audi at verbū vite. Sequitur Et ibūt populi multi et dicent. Venite a scendamꝰ aē. Quia gustato ab e is verbo vite. dicunt iuuenes a virgines senes cum iumentis. venite ascendamus per confessio nē ad vitā et ordinē istorum. et docebunt nos vias suas et ābu labimꝰ instructi ab eis i semitis eiꝰ. t. in arta via ipsoꝝ. q̄ reō itinere ducit ad deū. Hunc aūt tezaur scz omissas sibi animas triplicit custodit beatus dominicus. scilz vbo predicationis. istātia orōis. exēplo edificatiōis. Hoc segre sit

ꝑtes. ¶ O Quinto iste sanctus dictus est dominicus. in est dñi custos. qz affectuose custodiuit dei amiciciã. quod iustuz habet ordinem ad predicta. Cum ei in suiipsius et ꝓximi custodia inuentus sit fidelis. merito sibi dei amicicia tanꝯ maior thezaurus custodiendus committitur. per quã custodiam ad maioris sanctitatis gratiam iterum promouetur. qz ex dei amicicia resultat oñe bonũ Cum eñ hac dei amicicia esset allectus. quotidie eius amicicia augmentata est Sic si fuerit nobiscũ. erunt omnia sua nostra et nostra sua. et ex hac communione nãz erunt sibi acceptabiliora. et ex sũis participatis erimꝰ ditiores. vt confidenter dicere possimꝰ. qõ naturalis pater dixit ad filium. Fili omnia mea tua sũt et tua mea. ¶ Hanc autem amiciciam sanctus dominicus per triplicẽm diligẽtiam custodiuit. ¶ Primo qz cauit offensiones. frequentauit visitationes. aperuit deo secretas reuelationes. ¶ P. ¶ In hys enĩ tribus inter homines amicicia custoditur vel etiam nutritur. Cum enim homines cauẽt se mutuo offendere. et incipiunt frequenter se visitare. a secreta sua sibi inuicem reuelare. ex hys amicicia cõseruatur. et cõseruata augmẽtatur Sic custos dñi scũs dominicꝰ dei amiciciam custodiuit. cauens omnem dei offensam. et cum hoc deum suum meditationibus. oñibus. intimis cogitationibus. frequenter ymmo cõtinue visitãs. secreta sua per intimam vim contemplationis. hoc est medullã intime deuotionis contemplãdo reuelauit. Nam de primo dicit Qui uult. xvij. Qui celat delictum quẽrit amiciciã Ille enim deo celat delictum qui non facit illud. Quod enim agitur deo celari nõ potest. De secũdo dicit Eccĩ. xvij. Viæ illorum coram illo sunt semper. ¶ De tercio dicit Ber. Flagrans amor diuinus. cum se intra se continere nõ potest. nõ attendit quo ordine qua lege verborũ ebulliat. Interdum nec verba requirit. interdum nec voces. solis contemplationibus de hac amicicia dr Eccĩ. xlviij. Beati qui in amicicia tua decorati sunt Quare. qz vt dr. Sapiẽtie. vij. In amicicia illius celebratio bona est. Si ergo cum bõo domino cupimus celestis regni dona possidere. studeamus cum illius custodys fideliter imitari. Nã de eisdem hortatur etiam nos dñs in scriptura. qz de prima custodia dr Deut. iij. Custodi temetipsum et animam tuam sollicite. De secunda dr ibidem. Custodite mandata dñi dei vestri que ego precipio vobis. De tercia dicitur Proue. iij. Fili mi custodi preceptа mea atq; consilia. De qrta dicitur Jeremie. xxxi. Custodi te quasi pastor gregem dei. De quinta dicitur Malachie quinto. Custodite spiritũ vẽm. hoc ẽ spm sanctũ. q nr est. ãi sua grã nobis dat. qui nos in amicicia deo iungit. qui est super omnia bñdcũs in secula Amen.

Sermo. lix. De sancto Laurentio Sermo primus.

Dispersit dedit pauperibz
ñē. Psalmista. dicit Gre
gorius. Terrena omnia
seruando amittimus. largiendo
seruamus. patrimonium nostrū
ceteritum perditur. manet ero
gatuz. Quod considerans beat9
Laurenti9 tangz prudens mercā
tor. omnia que habuit ad dei glo
riam largiter erogauit. sciens p
singulis se plus qz centuplum ac
ceptarum. In verbis ergo ꝓpos
tis duas particulas intelligimus
scilicet sancti Laurencij largā di
stributionem. secundo largiorem
dei remunerationē. Primum ibi
Dispersit dedit pauperibus. secū
dum ibi. iusticia eius manet in
seculum seculi. Huius aūt san
cti Laurēcij larga dispersio patz
in quinqz. Dispersit em pauperi
bus elemosinam p omniū rerum
suarum erogationem. Corpus de
dit tortoribz per ignis adustionē
Cecis luminis gratiaz per crucis
signationem. Passioni patientiā
per hylarem exhibitionem. Deo
animam per summam dilectionēz
Dispersit autem singula hec in su
mo. Summum em in elemosina
rum largitione. est omnia eroga
re et nichil ex omnib9 conseruare
Sumum autem corporis exercitii
um est corpus detemare. Ignis
em adustio grauissime affligit qz
agit in corp9. Sumū etiā beneficiū
pietatis exhibuit in eo. qz nobili
orem sensum videlicet visum per
donum lumins repauit Supmū
etiam passioni exhibendum. est
gaudens et tranquilla patientia
ꝓpter deum. Deum etiam non me
diocriter dilexit. qđ in eo luce cla
rius constat. qz tam gaudēs dia
fferebat. nec dubium quin sup
ma ꝑmia susceperit. qui vt ꝑdictū
est suprema merita hic premisit.
Hec de sancto Laurencio breuiē
tacta sufficiant. Nunc si delectāt
eius premia. non pigeat nos ei9
meritis conformari. Quia vt ait
beatus Gregorius. Ad magna p
mia non ꝓmitur nisi p magnos
labores. Cui osonat beat9 Bern
hardus dicens. Satis delicatus ē
miles qui sine victoria vult coro
nari. et sine labore premiuz que
rit. Si ergo cum beato Laurēcio
cupimus premiari eius nos meri
tis conformemus. ℟. Pri
mo et ante omnia de temporali sb
stantia largas elemosinas erogā
tes paupibus. vt aūt in ospectu
dei grata sit nostra elemosina ac
accepta. triplici debet amminicu
lo decorari. Debet em esse iusta i
acquisitione. larga i distributione.
affectuosa ex cordis opassione.
Primo dico debet esse iusta i ac
quisitiōe Eccī. xxxiiij. Qui offert
sacrificium de rapinis pauperuz
sic est ac si victimet filium in con
spectu patris sui. Vnde Prouer.
Honora dñm de tua sba. de tua sb
stātia dicit nō de aliena Tob. nn
De tua sba fac elemosinam Et ꝑ
saie. lviij. Frange esurienti panē
tuū. Secundo elemosina dēt fieri
larga erogatione. vt scom facultā
tē quā possides elemosinā mēsuē
m9. vt tantūdē dem9 vt ex elēo
sina data aliquā penuriam patia
mur. vt ex elemosina qua paupe
rē ꝑficim9 aliqlē idigētiā sufferam9

Dñe Gre. Tuñe em bonā elemo
sinam erogamus. cum ex hoc qđ
pauperi damus nos defectū habe
amus. Dñe Thobie. iiij. Si mul
tū tibi fuerit abundanter tribue.
si vero exiguū tibi fuerit. ex exigu
um libenter impartiri stude. ¶
Tercio elemosina debet exhiberi
cum cordis ꝑpassione. gratior est
em cordis ꝑpassio q̄ quelibet ma
nus datio. Dicit em Gre. In ipō
misericordie opere apud internū
iudicē solet plus animus compen
sari q̄ effectus. Ad quā misericordi
am nobis excitandā nō considere
tur pauper exterior. sed deus qui
petit interior. Ipse em dicit Mat.
xxv. Qđ vni ex minimis meis fe
cistis mihi fecistis. Nō ergo buc
cella pañs debz deo negari. a quo
regnum celorum petimus nobis
dari. Qui ergo nō potest cum sā
cto Laurentio oīa pauperib9 erō
gare. saltē nō negligat que possi
det ꝛmunicare. Dicit em Fulgēti9
Qui rantā v̄tutē nondū a dño ac
cepit. vt omnia que in mūdo sūt
celestis regni amore contemnat.
que habet vendat et egenis expē
dat. de hys que habet in q̄tū ha
bet elemosinā faciat. tantuz ope
retur in eo bona voluntas quātū
suppetit facultas Perfect9 possidē
at primū v̄tutis locū. imperfect9
saltem perueniat ad secundum.
Sit ille talis qui cum deo iudica
turus sedeat. sit iste talis qui ad
dextram iudicandus assistat. nē.
vt in omelia Fulgenty de ꝓfessore
pontificē. Magnū bonum est frēs
kmī ꝛc. S Sed9 debem9
cum bt̄o Laurentio corpus dare
tortoribus. q̄ licet nostris tēm
poribus non habeam⁹ ecclesia in
pa cē quiescente. tñ vt ait Gre.
Martires esse possumus. etiam si
nullo ferro persecutiētium trucide
mur. Et iterum. Habet pax nīa
martiriū suū. Quia et si colla fer
ro non subdim9. spūali tamē gla
dio carnalia desideria trucidam9
Sunt autem tria corporis exerci
tia que nostris temporib9 p mar
tirio computantur. per que san
guinem nostr̄ et si nō fundim9.
tñ consumimus ac si gladio effū
datur Que nobis Ecci. xxxiij. ſi
methaphora describunt. vbi dr.
Cibaria v̄ga et onus asino. sic pa
nis disciplina et opus seruo.
T. ¶ Per hec tria scz panē
disciplinā. opus tria intelligunt.
per que martirium recompensat
Sunt autē ista. scz necessariorum
restrictio. difficiliū operatio. disci
pline castigatio Nā per panez ne
cessitatis restrictionem. per opus
difficilium operationē. per discipli
nam castigationem accipim9 cō
petenter. Hec em tria martiriu
recompensant. quia per ipsa cor
pus attenuatur et macerat⁹ vs
ad consumptionē sanguinis que
martires effuderunt. V.
¶ Primo ergo corpori nostro om
nē superfluitatē denegemus. sola ei
necessaria mmistrantes. qđ facie
bat Psalmista cū dicebat Renuit
solari aīa mea. Aplus. Habētes
victū et vestitū hys otēti sim9 Dic
Ber. Sunt qui in carne sua amāt
terrenas cōsolaciuncalas. siue i
verbo siue in signo siue i facto. et
si hec imtrūpūt aliqñ. nō remit9 tñ

abrūpunt · Inde ēst q̄ raro affe
ctiones suas ad deum dirigunt <
n ēorū deuotio non ōtinua est sed
horatia ⁊ vt verius dicam momē
tanea Impleri aūt dei visitationi
bus anima nō poterit que hys di
stractionibus sbiacet· ꝓpter quod
iterū dicit Bernhardꝰ de odimē
tis. Obsecro vt omestibiles sint
tibi nostri non delectabiles vel e
tiam conupiscibiles ¶Secundo
vt corpꝰ nostrū a cupiscibilibz
fit abstractū exerceamus nos in
difficiliū ⁊ arduoꝝ opatione · du
ra et maxima ⁊ que maxime ob
sistunt et repugnāt viriliē aggre
dientes · nec permittamꝰ nos vi
ri ab hys q̄ resistunt · q̄ si semel
victi fuerimus de cetero erimus
pusillanimiores Mat. vij. Conte
dite intrare per angustam portā
nē. Ad hanc contentionem horta
mur ad Hebreos · xij · Curramꝰ
ad propositum nobis certamen a
spicientes in auctorem fidei · qui
ꝓposito sibi gaudio sustinuit cru
cem contempta confusione Nō
dum enim vsq̄ ad sanguinem re
stitistis · ¶ Nec autem
duritia siue difficultas ex duplici
causa leuigatur · scz ex fructus c
sideratione · et laboris assuefacti
one · De ꝓmo dicit Apl̄s · Estimo
q̄ non sunt condigne passiones hu
ius temporis ad futurā gloriaz q̄
revelabitur in nobis De secundo
dicit beatus Bernhardꝰ Primū
aliqd impossibile videtur · proces su
tpis si assuescas non erit adeo g̃
ue · paulo post leue setics · paulo
post nec senties · paulo post etiaz
delectabit ¶Tercio predictis du
obus exercitys supaddamus ca
stigationem · vt si corpus delitys
assuetum de predictis exercitys a
liquid subripiat castigatio recōpē
set · Juxta illud Eccī · xlj · Seruo
pessimo latera sanguinare Nō si
quis dixerit illū Prouerb · xxix ·
Vilis non suppetūt Respondetur
nō idem subiungit Qui inspector
est cordis ipse intelliget et obser
uatorez aie tue nihil fallit Quia
vt ait Bern · Vix iam ē aliqs q̄
in hys q̄ ad deū sunt opari velit qd̄
possit · et qd̄ promptissime potest
q̄tumcunq̄ scdm carnez vel sensu
lū siue timor ipulerit · vel cupidi
tas traxerit in tuo noīne iudicat
se nō posse · sed si fallimꝰ hominēs i
scios non nos permittas domine
vt quasi volētes fallere te · falla
mus nosmetipsos Nō laboramꝰ
vel quia non possumus · vel nos nō
posse credimꝰ · vel consuetudie ocn
vel delitiarum nostratū nos non
posse efficimus · ¶In hys tribꝰ
scz per delectabiliū restrictionē ·
tant et occidūt. ipi sunt quib⁹
statiz vt de corpe exeūt celuz sine
dubio ē apertū Tertio martir iū
patientib⁹ celū ē apertū Quod ite
z i actibz Apl̄oꝝ. vij. legit̄ vbi
Stephanus i passione positus ait
Video celos apertos a iheſuz stā
tem a dexteris dei Per quod innui
t ē ꝙ celū martirib⁹ ē apertū Vez
qz vt ait beat⁹ Gregori⁹ In pa
cta viuit ecclia vt nemo iā mar
tirium patiat deus saluti nostre
puidit quedā exercitia ꝙ martirio
eꝙpollēt Quere i sermone Video
celos aptos de beato Stephano.
et i sermone secundo de ommb⁹
scis i quarto principali de sanguī
ne ¶ Quarto celuz apertū legi⁹
Apoc. v. vbi Johannes apls et
euangelista i pathmos relegat⁹
dixit Ecce ego iohannes vidi os
tium apertum in celo Per quod
innuit ē ꝙ ab ommibus mundi ac
tibus elongati et diuine contē
plationi s ocio dediti ad celuz sta
tim vadunt. Nec p hys mortuis
est orandum sed nos magis eoꝝ
intercessionibus indigemus. De
hys enim mortuis dicitur Preci
osa in conspectu domini mors sā
ctorum eius .t. plena precio Va
bēt enim precium de mundi libe
ratione Infernī euasione. Regni
celoꝝ possessione Et sunt de ꝗbz

. x in

apt Ap⁹ ꝓma ad Corim. iij. Qui super fundamentum quod est cristus superedificauerūt aurum et argentum et lapides pciosos. exponens Aug⁹. Fratres sūt homines omino contemptores huius seculi. quibus nō est notū qō quid fluit temporaliter. nō habētes delectationem in aliquib⁹ tē poralibus reb⁹ siue terrenis. sancti. casti. iusti. continentes. ā fortasse omnia sua vendentes ac pauperibus erogantes. aut possidentes et vtentes hoc mundo tam qꝫ non vtantur Ipsi sunt pro certo qui supra fundamentum. s. cristum superedificant aurum argētuz et lapides. aurū. scz amatorie dilectionis. argētum edificatorie locutionis. lapides pciosos meritorie operationis. R.

Terreni mortui sūt mediocriter boni et mediocriter mali. et sunt q capitalia crimina nō cōmiserūt. vel si commiserūt per pēnitentiaz et satisfactionē licet īsufficientē venialia cōmutauerūt et multa venialia addiderunt. hꝫ tales qꝫ non habent capitalia euadūt infernum. sed quia habent venialia non statim transeunt ad cēlū. sed i loco mediocri hoc est i purgatorio taz diu detinentur. quo usqꝫ predicta venialia per ignem purgatoriꝫ consumuntur. vel p suffragia sanctorū redimuntur. Vnde Aug⁹. Qui capitalia crimina nō admittunt. sed ad minuta perpetranda faciles sunt et ad ēmenda negligētes. ad vitam eternam sine dubio venturi sunt. sed prius aut in seculo per dei iusticiam amarissime sūt torquendi. aut p multas elemosinas aut orationes liberandi. aut certe illo igne de quo dicit Ap⁹. i. ad Corim. iij. Sic quasi per ignem. longo tempore cruciandi. L.

Que sint autem illa venialia Aug⁹ enumerat dicens Quotiens aliquis in cibo aut potu plus accipit qꝫ necesse sit. quotiens flagello dei tact⁹ ipatiens fuerit. quotiens plus loquitur qꝫ oportet. plus tacet qꝫ expedit. quotiēs excepto deuotorio filiorum vxorem cognouerit. quotiens malas cogitationes sine consensu admiserit. quotiens in diuino seruitio negligēs fuerit. quotiens terrena dilexerit citra deum. hec et similia ad mīma pecā pīnē ñ dubiū est Ex quibus peccatis licet anima non dampnetur. tamen velut quibusdam pustulis ac quasi horrēda scabie deformant animam. et cum hys ad amplexus dei in cēlo nullatenus admittitur Et ideo quicquid de hys minutis continuis orationibus elemosinarum largitionibus. mie operibus. missarū celebrationibus. ieunys. indulgentys eorū qui in nos peccauerunt assidue redemptum nō fuerit. aut hic multis tribulationibus expiatur. vel illic in purgatorio deputatur Hoc ipsuz tamē anima patitur plus aut minus. Quam diuersitatem Ap⁹ insinuat prima ad Corim. iij. dicens et vocans eadem minuta lignuz. fenum stipulam. non qꝫ sint talia sed quia cruciant plus et minus.

Q. Sequitur secundus

principale Nō prohibeas In quo monemur vt ad suffragia eis exhibenda nos humiliemus siue habilitemus. Ipsorum autē suffragia tripliciter prohibemus. scz si in mortalibus peccatis viuim9. si ab eis compassiois oculos auertimus. si nichil pro eis facim9 Primo ergo si gratiā eorū prohibere nolum9 ad interceden nōū p eis. faciamus nos ydoneos per peccatorum emūdationem. ne nobis pro eis in peccatis orantibz dicat nobis dñs illud Luce. nn. Medice cura teipsum. Dicit enim Grego. Cum ingnus ad itercedendum mittitur. irati iudicis animꝰ ad deteriora prouocatur Faciant tamē bona que possūt. quia non in facientium. sed in patientiū caritate a dño forsitan acceptātē

S. Secundo gratiaz eorū prohibemus. si oculos cordis ab eorum miseris auertimus. Faciamus ergo huius oppositum. et quidq9 ad eorū compassionez prouocare nos poterit exercea9. cogitātes q̄ tū nos vellem9 iuuari si in simili essemus miseria afflicti. ymo si digitum in igne haberemus quē per nos retrahere nō possemus q̄ clamore valido oēs nostros amicos inuocarem9. q8 ergo nobis fieri cupim9 alis fieri debet faciamus. Dicit enim Gre. Fa fidelitate qua nunc defunctis succurrim9 nobis similiter succurretur.

O. Tercio g rāz eorū prohibemus si michil pro eis faci9. qz si sbuenire eis cupi9 oia q̄ pn obīpis faci9 ipatiamur eis. nec ex hoc minus habebimus. § omnia opera nostra duplicantur Nam si ipsa opera nostra pie eis cōmunicauerim9 ipsis proderūt. sed fidelitas nostra copiosius nobis a deo recompensatur. sunt enim amici dei quos dilexit ab eterno. et ideo quicquid p amicis dei facim9. nobis copiosissime deus reddet.

P. Sequitur et cum principale. scz Gratiā. In quo tangitur suffragiorū acceptabilitas. Et licet multa sint genera gratiarū quibus mortuis possimus subuenire. hec tamē oia secundum triplicem habitum rerū in triplicez gratiam colligam9. Habemus enim res. corpus et animam. Ex rebus autem subuenimus elemosinarum largitiōe Ex corpore autem in quarūlibet penalitatū exercitatione Ex aīma vero intima compassione. Nam de prima gratia dicitur Eccī. in. Sicut aqua extinguit ignē sic elemosina peccatū. De secunda gratia dicit ēgla i Theologia Nō pena pene resolutoria est. De tercia ex persona defūctorū dicit Job xix. Miseremi mei miseremi mei saltem vos amici mei.

Sermo. lxxxv. De sancto Martino episcopo. sermo pm9

O.

Oculis ac manibus in cultū semper intentis. Verba sunt ecclesie beatum Martinum in vite sanctitate cōmendātis. Dicit Gre. Sanctorum exempla animos audiētium accendunt. vt videant q̄ ab eis facta sunt et valde si bi moignēt pita

humiliantur qui talia nō imitan
tur. Verba ergo ꝓposita maxiaꝫ
scitatem glorioſi huius principis
nobis insinuāt. ꝓpter que verimi
culis viibus merito indignemur
Que ideo deuotionē audiētiū ꝓpo
nim⁹. vt p hec vtuīq conemur
erigere caput et reptando tenui
ter imitari. Ad quod faciendum
ꝟba ꝓposita primū exponamus.
vt cognito intellectu verborū sci
am⁹ quō ipsū imitemur. ℟.
Sācta ergo ecclesia cōmēdat sā
ctum Martinum q oculis ac ma
nibus in celū semper fuerat intē
tus. Per oculos aūt deuotionē a
intētionē accipimus. Per man⁹
vero operationē. Nam de oculo de
uotionis dicit in Canticis Vulne
rasti cor meum soror mea inuno
oculorum tuorū. hoc est in oculo de
uotionis. De oculo vero intentio
nis dicit Mat. xx. et Luce. xi.
Si oculus tuus simplex fuerit to
tum corpus tuum lucidum erit.
quia ab intentione oīa opera nō
stra tenebrosa vel etiam lumino
sa iudicantur dicit enim commu
niter Quid qd agūt homines intentio
iudicat oēs. Nō etiā per man⁹ o
peratio designet dicit Gre Quid
per man⁹ nisi operatio designat?
Est ergo sensus ꝓpositi thematis.
Hūis Martin⁹ tota deuotione i
celo versabatur. a cum hoc p in
tētionem oīa opera sua in celo sē
per ordinabat. vt nichil vnq̄ ꝓpē
se ꝓpter homines ꝓpter mundum
faceret. sed oīa propt deū Sic bre
uiter patet quō iste sanctus oculi
ac manibus in celo sēp fuerit intē
t⁹ Cui sile ē illud qd de ceteris cō
fessoribus dicit Iste sctus dignē in
memoriā vertitur hoīm. vsq ad
illū. cogitatiōe et auiditate illa
etna pria quersat⁹ ē. Nō em hic
dicit. Oculi ac manib⁹. hoc ibi di
cit Cogitatiōe et auiditate ℣. Ex
peditis ergo pcis verb. nūc ꝓpo
nēdū ē quō debea⁹ eū imitari. vt
si glorie eius ptcipes esse cupim⁹.
uiā per quā venit ad regnū nō ū
timemus. vt et nos possim⁹ glori
ari in dño dicētes. Oculi mei sēp
ad dñm. Verum qr nemo repre
hensibilis sumus. nec sine quibusdaz me
dijs oculos nros sēp in celū tenē
possum⁹. a iō oculi nri i inferiori
b⁹ illis acuēdi a assuefaciēdi sūt.
vt tandem aliqn ipsos tāq̄ ꝓbus
dā ḡdibz duce grā ad dñm semp
erigē valeam⁹ S. ℣. Primo ex
go oculos nros aut manib⁹. i. de
uotionē nrām et intētionē. et ō
nē opationē retro nos dirigam⁹
Secundo añ noe ꝓspiciam⁹ Ter
cio infra nos videam⁹. Quarto
iuxta nos inspiciam⁹ mundū.
Quinto intra nos inspiciamus
Sexto ad celuz oculos erigam⁹.
Septimo oculos ipi deo q̄tū possu
mus infigam⁹. Hec per ordinem
psequētes. ℣. Primo oculos no
stros post terguz sup peccā q̄ com
misimus reflectam⁹. deuotionem
ꝓsū de prime cū intētione et operati
one in satisfactiois sacrificiū offe
rētes. cito enim ꝓficim⁹. si exer
citys nris rem ordinē iponam⁹.
Nō facere monemur Leuitici v
bi dicit Juste qd iussū ē exeqūris.
taliter hoc agētes. vt añ oīa p ocu
lū deuotiois p̄iteam⁹ sideratēs
ultimo dolore. que q̄ta sint et q̄la

commissa. & tūc̄ per oculum in tentiois oīa opa nr̄a in satisfcio nē taliū ordine iusto dirigam⁹. ita vt si fieri poterit singulis peccatis singulas deuotiōes pēe tribuam⁹. Qđ faciebat Jere. cuz peccata pl̄i deplorabat dicēs Diuisiones aq̄rū deduxerūt oculi mei. Qđ exponēs Gre. dicit. Diuisas q̄ppe ex oculi lacrimas ploucim⁹. cum singuli peccis disparitas lacrimas damus. Hūc respēm iuste figuratū legim⁹ Exodi. xiiij. vbi legi⁹ Egredientes filij isrl̄ de egipto leuauerūt oculos suos et viderūt egiptios p⁹ se a timuerūt vehemēter et declamauerūt q̄z i celū

T. Per egiptios em̄ q̄ tenebre imp̄tantur signāt peccā. que cū tot & tanta videm⁹ nos inseqū. merito timem⁹ et clamam⁹ ad dñm. hūe ergo respectū tāqm cōtinuem⁹ quousq̄z dñs miserē⁹ nr̄i dicat nob illud Ysaie. v. Deleui vt nubē iniq̄tates tuas et q̄si nebulā peccā tua. Sed q̄o prodest remissio peccatorū. nisi det nob grā cōtinendi?

V. Secūdo ergo oculos cū maiōz añi nos in dei iudiciū dirigām⁹. cogitātes q̄p districte ꝑ peccis singuli. et maxie post immissionē iteratis a deo iudice iudicabimur. q̄ in numero ponderea & mēsura oīa exsoluere nos oportet Eccl̄i. xij. De oī errato adducz te de⁹ ad iudiciuz Qđ si aptis oculis peccata nostra videremus cum sūma diligētia caueremus. quis emz nisi mentis impos a iudeo mutuā pecc obuluz vt in breui pro eo tōderet marcaz auri? aut quis pro momentanea delectatione penaz longissimam et cum hoc grauissimam sustineret? Dñe sapiens Minimum pro maximo placeat tibi. Ac si dicat Minima pena in resistendo placeat tibi pro magno. i. plus q̄p magna pena in lugendo. Cum ergo a vitijs etiam dimissis peccatis iteruz impugnamur. consensus nostros fortiter teneamus. dirigentes oculos cū manibus ante nos ad dei iudicium. dicentes illud Apli ad Hebreos x. Horendum est incidere in manus dei viuentis. Quod si postea daretur iterum gratia penitendi multo tamen facilius caueretur peccatum q̄p emēdetur

X. Oportet enim per multa trahi hominem anteq̄p peccatum peiꝰ destruatur Propter quod dicit beatus Ambrosius Facilius inuenit eos qui innocentiam seruauerunt. q̄z qui dignam penitentiam peregerunt. Tanta em̄ mala incurrimus ex peccato q̄p rarovnq̄z ad plenū emendantur Quod figuratum legimus in vetere testamento. Quia licet tēplū domini post primam destructionem fuisset reparatuz. nunq̄z tamen fuerat ad decorem pristinuz primordialis fue edificationis reformatum. Verum quia post peccatorum emendationē et post eoruz cessationem iam inter amicos dei incipimus computari Jdeo necesse est vt in signum eiusdē amicitie incipiamus a domino tā q̄z filij karissimi flagellari. Sic enim angelus dixit ad Thobiam duodecimo. Quia acceptus eras deo necesse fuit vt tēptatio

ꝓbauit te Et de Abraha dicitur
i libro Iudith. vin. Abrahā p mł
tas tribulaciones ꝓbatus amicꝰ
dei factus ē. Et iō vt hec flagella
oīm vtuose ⁊ cū pacientia ſuffera
mꝰ neceſſe ē vt itex oculos alibi
inflecta? A. Tercio ergo ocu
los cū manibꝫ infra nos i infernū
cū multa ſollicitudine dirigam? .
vt ſi amara vidēt flagella doīm
cogitem? . melius eſt vt hic caſti
gemur q̄ꝑ q ī iferno eternaliter
dēpnemur Dicēteſq ī ſingulis fla
gellis illud Iudith . vn. Omnes
q̄ temptatiōes nō ſuſceperūt cum
timore domini exterminati ſunt
Non ergo vlciſcamur nos ꝓ hys
q̄ patimur. ſed iputātes peccatis
noſtris hec ipā minora eē ſupplicia
ad emendationē nō ad poitionez
q̄ a deo q̄ſi ſeruꝰ q̄ a dño corripiūt
nob eueniſſe credam? Qui enim
vt ait Iob. vi. timet prumā ir
ruet ſup eum mx Cū ergo flagel
lamur a domio dirigam? oculos
cū manibus infra nos ad penas in
ferni dicētes cum gaudio Q eiꝰ
ē hic tam purgari q̄ꝑ illic eterna
liter cruciari Ipſa em flagella ē
tum dant indicium q ifernī ſup
plicia euade? Quia vt ꝓpheta ait
Naum. in. Non ſurget duplex
tribulatio Dicetq nobis deus qđ
ibidē ſequitur Afflixi te ⁊ non af
fligam te vltra Poſtis autē noſtē
dyabolus videns nos ꝓ peccatorū
remiſſionem. ⁊ per eorū ceſſatio
nem. pariterq per omni flagel
lacōnem. nō ſolum auerſos a ſua
poteſtate ſed longe ab eis alienā
tos. ⁊ acrius incipit nobis inſiſtē
inſtaurans otra nos ōnia huius
mundi delectabilia. per q̄ tāq̄ ꝑ
machias foueſſie nos ipugnat.
imittens nobis tales et ſimiles
itoxicatas imiſſiones Quid facis?
⁊ pītem vitā vis pdē et futu
ram . Ro . V. Quare to ergo
oculis ac manibus totum hūc mū
dum cum appendicis ſuis inſpici
amus caute. eſtimantes quid om
nia q̄ mundi ſunt nō habita proſ
ciant. quid autez habita noceāt.
et inueniemus q habita noceāt
plurimū. qm dei amiciciam per ca
perdimus et per conſequens om
ne bonū. dicēte Iacobo. nn. Qui
vult eē amicus huius ſeculi inimi
cus dei conſtituitur Inimicos āt
eos eius percutiet in poſteriora a
opprium ſempitenū dabit eis
vt ait Pſ. Spreta autem ꝓpt de
um multū ꝓficiunt q pro eis ō
ne bonuz nos comitatur. domio
ꝓmittente Mathei. ix. Omnis
q̄ patrem reliquerit a matre. ſo
rorem a frem. domos aut agros
ꝓpter nomen meum centuplum
accipiet et vitam eternam poſſi
debit . C. Quod exponēs
beatus Augꝰ. dicit O felix cōmu
tatio. Petrus reliquit omnia
vana ⁊ acepit omnia bona Nā
de hys vanis dicit Eccs. i. Vidi cū
cta ſub ſole et ecce vniuerſa va
nitas Quod autem pro hys acce
pit omnia bona facile oſtenditur
quia accepit deum in quo eſt vē
citer omne bonum . Quam omu
tationem ſi vt vere eſt luculēter
perſpeximus facile contempmꝰ
vniuerſa ſaltem iudicio rationis
Et ſi homo ex hac conſideratione
luce clarius videat omnia que

mundi sunt penitus contẽpnẽda. tanq̃ vilia inutilia et oꝰmõ pnicioſa. interior tamen affectio difficillime abſtrahitur ab eiſdem Ideo oculi cum manibus .i. deuotio intentio et omnis noſtra operatio intra nos eſt dirigenda. vt interior noſter homo ab hac viſco ſa et lutulenta materia abſtrahatur. D. Quinto ergo oculi cum manibus intra nos dirigantur. diligẽter conſiderantes vbi interiora noſtra iacẽt. vbi ſordeant. et inuenimus q̃ etiam expulſis peccatis adhuc viſcoſitatis reliquiarum multũ hꝛret. Dicit enim Ber. Huiuſmodi peſtes vitiorum vſq̃ ad vltimã ſolitudinem ſolitariuz perſequũtur. et niſi pertinaci ſtudio expugnate fuerint lemiri poſſunt. ſed vinci vix poſſunt. et quocũq̃ compo nat ſe anim9 hꝛret. et in quauis ſolitudine ſecretum et ſilentium cordis eſſe non patitur. Cui quo maiorem cõtingit eſſe conſuetudinis vſum. eo nequior et rebellior inuenitur Ergo homo introfuz ingrediens potentias anime ex male conſuetudinis vſu depraua tas et ad hec terrena appetenda peſſime incuruatas. erigat et corrigat. E. Nam rationem que data eſt homini vt deum cognoſcat inuenit cecã. voluntatẽ que data ẽ hoi vt cognituz amaret inuenit curuatam. memoriã que data eſt homini vt in cognito et amato dulciter requieſcerz inuenit inſtabilem et inquietam Erigat ergo homo rationem ad deum vt euz ſemper cogitet. corrigat voluntatem vt ſolum deuz cognitum amet. cõpeſcat memoriaz a vagis. vt in deo diſtat ſtabili fundamento quieſcere. vnde potentie taliter vt dictum eſt reparate cito recuperant diuinũ amorem. quez auerſe a domino p̃ diderũt Verũ qui difficillimum a terrenis vt dictum eſt hꝛe potentie auelluntur. niſi oſtendatur eis aliquid melius quo ſe conuertant. a cui promouẽte gratia adhꝛeant. idcirco iterum erigendi ſunt oculi cum manibus ad diuina Quia vt dicit Ber. Juſtuz eſt vt quos preſentia nõ delectant. preſto ſit eis memoria futurorum. a qui de rerum affluentia deſpiciũt conſolari. recordatio illos delcãt eternitatis. q̃ nequaq̃ ſine amore eſſe poterunt. Dicit enim Bre. Anima ſine delectatione eſſe non poterit. aut enim delectabitur ab infimis et caret ſupremis. aut in ſummis et infima contempnet. F. Sexto ergo erigamus oculos cum manibus ad ſuperna. cõuerſationem noſtram hꝛentes in celo a hꝛeditatẽ noſtram a lõge ſalutantes. Ad hoc facere monemur Gen. xiij. vbi Abrahe dicit Leua oculos tuos in directum ad orientẽ ad occidentẽ ad aquilonem et meridiem. oẽm terram quã cõſpicis tibi dabo. Quod reuera ſolum modo cogitatũ poſſet corda durißima inflãmare. q̃ nos viles vermiculi tam gloriozaz hꝛeditatem in eternum et oim bonorum abundantiã poſſidendã aliq̃n poſſidebim9. Et iõ propt̃ hãc copiã oim bonorũ i hac pegnatiõe ſolo

corpore constituti cogitatione et
auiditate deberemus in illa eter
na patria continue conuersari.
Et hoc hortat nos Apo. ad Colo.
in. dicens. Que sursum sūt que
rite vbi cristus est in dextera dei
sedēs. que sursū sunt sapite nō q̄
super terrā. Dīne Ber. Circuite
et vos animo sedes supernas et
multas q̄ in domo dei sūt māsiones.
humiliter prosteruētes corpa ve
stra ante tronū dei et agni. supplī
cantes preelsis ordinibus ange
lorum. patriarcharum numerū.
aueos prophetarū. senatū aplīcū
salutantes. suspirantes coronas
martirum. choros virginū admi
rantes. a q̄tū prevalet infirmi
tas corporis cordis erigentes au
ditū a ē. G. Septimo adhuc
magni sancti erigūt altius visum
suū. contemplationē suā q̄tuz hu
mane fragilitati possibile est in ip
sum ceum dirigentes. Ad q̄s fā
ciendum si interdū admittūtur.
rarissime tamē fit illis. et hoc ipsū
quasi ad punctum accidit viris
sanctissimis et pfectis. nec tn̄ ad
huc in ipsū deū hoc ē in ipsā vim
diuīnē essētie ptingunt. dicente
Job. xxvi. Sapientia diuina ab
strōdita est ab oculis oīm viuētiū
Cui osonat illud Johā. i. Deū ne
mo vidit vnq̄. quāq̄ veteris te
stamenti prēs referāt crebrius
deū se vidisse. Dicit enim Jacob
Vidi dominū facie ad faciē Itez
Job. xli. Auditu auris audiui te
nunc oculus meꝰ videt te Vidit
Ysaias q̄ ait sexto capitulo Vidi
dn̄m sedētez sup solīū excelsuz a ē
Quā cōtrauersiam beatus Gre.
determinat ita dicens. Quid est
quia patres veteris testamēti de
ū se vidisse testati sunt. Et tamē
dicat Johānes euāgelista deum
nemo vidit vnq̄. nisi hoc q̄ patē
ter dat intelligi q̄ q̄diu hic mor
taliter viuitur videri per quasdā
ymagines deus potest. sed per ip
sam nature suā speciē nō potest.
vt anima per gratiā spīritus sti
afflata per figuras q̄sdam videat
sed ad ipsam vim eius essētie nō
contingat Dīne Ber. Quidquid
de dei visione hic fidelibus impar
titur speculuz est et emigma. tan
tū distans a futura vita q̄tum a
veritate fides. tempus ab eterni
tate. a hoc ipsum breuiter a rap
tim Qđ bene Job insinuat dicēs
xvi. Ad deum stillat oculus meꝰ
Nam nomine stille modicitatem
a varitatem huius ctemplationis
insinuat. Ergo quid agendū sit
in huius contemplationis visi
tatione docet Bernardus dicens
Vn qui soli deo vacāt desiderent
quid sit deus in celo. quid i mun
do. quid in hoibus. quid in ange
lis. quid in seipso. quid in repro
bis. Est enim mundi rector et gu
bernator. hominuz benefactor a
liberator. āgelorū saporq̄ dator.
in seipsō principium et finis. in
reprobis terror et horror. Est er
go in creaturis mirabilis In hoi
nibus amabilis. In angelis des
derabilis. In seipso incomprehē
sibilis. In reprobis intolerabilis
Si ergo hys septem cōsiderationi
bus. oculis deuotionis et intētio
nis. cum manibus operationū ītē
ti fideliter fuerimus. vitā nrām

ducimus ad perfectum. ℣. Hec ergo circūspectio prefigurata legit Eze.1. vbi dicit de sanctis animalib⁹ q̄ erant plena oculis ante et retro. Q8 exponēs Gre. dicit. Corpora sanctorū aialiū idcirco plena oculis describūt. q̄ sanctorum actio vel omni parte circumspecta est. bona desiderabiliter prouidēs. mala solerter cauens. Caute ergo inuigilāt. vt se vndiq̄ aspiciant vbiq̄ custodiāt. aut ne mala p̄pter ea ipsa appetāt. aut hec eadem sub specie bonoruz agant. aut se vitia virtutes mentiantur. De hys septem circūspectionibus adhuc dicitur Zacha. in. Septē oculi erāt super lapidē vnum.

Sermo. lxxxiii. De sancto Martino epistopo Sermo secūd⁹.

Martinus quasi martirum vnus dicit Gre. Martires esse possumus. etiam si nullo percutiente ferro trucidamur. Q8 non solum huius auctoritatis insinuatione. sed gloriosi huius cōfessoris nois interpretatione cognoscimus euidēter dicitur em̄ Martin⁹ quasi martirū vn⁹. Qui cū confessor fuerit a tñ martir dicitur. quid aliud nob⁹ innuit. nisi q̄ sine effusione sanguinis meritū martirij consequi possum⁹ apud deū. vt ecclesia de isto confessore cantat. O scissima anima. quā si gladius persecutoris nō abstulit. palmā tamen martirij non amisit. Quibus autez exercitys hoc fieri possit.

℣. Sciendum q̄ tres rerum habitus possidet omnis homo. hes corp⁹ et animam. Quorum tria supma exercitia vero martirio equipolleut. Sunt illorum suprema exercitia tam difficilia tam ardua tam supra modum laboriosa. vt sanguinem quez martires effuderūt gladio. macie squalore et inedia attenuēt et consumāt. Hec per ordinem prosequētes. ℣. Primo dico q̄ supremū exercitiuz. quod per res et in rebus deo possum⁹ exhibere. consistit i plena omnium rerum et perfectissima denudatione. vt videlicet prompta voluntate et operis veritate omnia bona temporalia plene perfecte et integre relinquamus. nudi nudum cristuz fideliter imitātes. vt cum attestatione consientie dicere possimus cuz Apostolo Petro Ecce nos reliquim⁹ omnia et secuti sumus te Vere paupertatē cū affectū et effectū nos totaliter immergētes. ℣. Vane aūt paupertatē tb⁹ appēdiens veracit̄ persoluem⁹. sez in p̄funda cordis humilitate. despecta et abhominabili otemptibilitate. dura et aspea penalitate. De p̄mo. s. humilitate mouet nos sapiens Eccī. vn⁹. Humilia valde spm̄ tuum Quia de humilitate tāq̄ de radice pullulat oīe bonum Oēs em̄ q̄ vnq̄ dño placuerūt sunt eius gratiam per humilitatem consecuti. quā ipse de⁹ qui ommū sanctorū fuorū de cor ē et gloria in seipso discipulis suis et in ill⁹ p̄domit nob⁹. dicēs Mat. xi. Discite a me q̄ mitis sū et humil corde. Q8 exponit Ber. dicens.

Sublimis ē deus sed non ita nob̄ ꝓponitur imitanḍ ⁊ ē eius humilitas imitationis nobis ꝓponitur ī exemplū Si em̄ seipsū in sua nobis sublimitate ꝓponeret· quis eum talē posset imitari· sed michil nobis facilius q̄ seq̄ ipsum in humilitate· maxime cum om̄a nr̄a q̄ tam in affectib9 q̄ in defectib9 et etiā ī effectib9 habem9 ad humilitatis nob̄ virtutē pmtus obseqūtur Sequamur ergo deū ī humilitate quē nec in sanctitate nec ī caritate sequi possum9 Sequamur eū in hys ī quib9 facillime possu9 .i. in suis humilib9· quē ī suis sublimibus seq̄ nō possum9· hoc ei ē sibi placidissimū ⁊ nob̄ facillimū Dīc Bernhardus Insanus ē ⁊ insipiēs q̄cūq̄ ī alys vite meritis q̄ ī sola humilitate confidit ¶ Secundo vera pauptas ꝑsistit nō solū ī pfunda humilitate sed etiam despecta cōtēptibilitate Om̄s ei paupes nō solū ab extraneis verū etiā ab amicis ꝓtēpnunt Sic em̄ dicit Prouerbiorū· xiiij· Eci am proximo suo pauper odiosus ē Ibid· xix· Diuitie addūt āmicos plimos· a paupe āt hȳ quos habz sepant vt veracit dicere possit illud Psalmi ¶ Factus sum tanq̄ vas pditū ⁊ ē Dīc eccl. xiii Dau p locut9 ē ⁊ dicūt q̄s ē hic ¶ Tercio vera pauptas cōsistit in pena litate Multas ei pnas fustinent paupes taz ī victus tenuitate q̄ etiā in nuditate ⁊ in cordis anxietate. p q̄s pnas sanguis quez alȳ martires fundūt in gladio in paupibus squalore et iedia e uanescit ¶ Predicta ergo tria sez humilitas· cōtēptibilitas· ꝑualitas paupes xp̄i castigāt ⁊ afficiūt vt merito vita eorū vitā martiz̄ repenset ¶ Et q̄ dicta tria voluntarie ꝓssa sup̄ modū ardua sunt ⁊ difficilia nimis valde Igit̄ trib9 preciosissimis remunerat eos deus Nā ꝑ humilitatem in presenti per gratiam sanctificamur· ꝓpter ctēptibilitatez vero assessoes in iudicio sublimamur· ꝑ penalitatez āt ī celo etnalit̄ glorificamur Quod āt p humilitatē ī pnti p grāz collationem scificemur· dicit dns p Ysaiam· lxvi· Ad quē respiciā sez ad pauperculū et grauatz nisi ad humilem ⁊ tremētem sermones meos? Dīc Jaco· iiij· Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiā. Secundo propter contemptibilitatē assessores in iudicio sublimamur. Vñ dāpnati in īferno videntes eos in iudicio in tāta dignitate sblimatos dicent illud Sapi· v· Hȳ sūt quos aliquādo habuimus in derisum et in similitudinē improperij Nos insensati vitaz eorum estimabamus insaniam· et finem illorum sine honore· ecce quomodo computati sunt inter filios dei· et inter sanctos sors illorum est Dīc primo Regum quinto· Suscitās de pulvere egenum· et de stercore erigens pauperem· vt sedeat cum principibus ⁊ solium glorie teneat· Dīc Mathe· xix· dicitur Vos q̄ secutis estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israhel· ¶ Tercio propt penalitatem eternaliter glorificamur· quod in Ysaia promittit

nobis deus dicēns Prō eo q̄ fuisti dēlicta a odio habita · nec fuit qui per te tranſiret ponam te in ſuperbiam ſeculorū · gaudium in generatiōe et generationē · Vnde Mathei · xix · Āmē dico vobis · q̄ vos qui reliquiſtis omnia a t̄ cē tuplum accipietis et vitā eternā poſſidebitis · Quod autem talis paupertas pro martirio computetur expreſſe nobis inſinuat dominus Mat · v · vbi idez premium · regnum celorum martiribus a pauperibus p̄mittit dicens · Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum celorū Quod exponēns Bernar · dicit · Quid ſibi vult q̄ eadem promiſſio facta eſt pauperib⁹ et martiribus · niſi q̄ veri martirij genus eſt voluntāria paupertas · Quid enim mirabilius eſt aut quod martirium grauius · q̄ inter epulas eſurire · inē veſtes preciosas algere · paupertate premi iter diuitias · quas oſtēt mundus oſtētat diabol⁹ ḡs noſter deſiderat appetit⁹ ? Idez Nō ne velut inē duas menſas poſiti epulantes hinc inde ſpectamus ieiuni · ſic ſumus omnino ſi e ſumus Vnde ergo ſic poſitis riſus vñ iocus · vnde leuitas · an fōrte nō cognoſcimus menſas · non conſideramus fercula · delitias nō vide⁹ ? Ecce hinc inde ſūt quos video delitioſe viuētes in oibz bonis ſēſibi lib⁹ huius mūdi Inde cōtēplor alios quibus diſpoſuit criſtus regnum patris · vt edant a bibant ſuper menſam eius in regno patris · Vtrobicz vide o homines ſimiles mei et fratres meos · a ihu me ad ſīēutrū licet extendere manus · ab vtraq̄ mēſa prohibeor · ab hac quidem profeſſione · ab illa corporis vinculo · vt nec ad inferiorem audeam · nec ad ſuperiorem accedere queam · Sic q̄ patz q̄ veridica ratione et rationabili veritate voluntaria paupertas pro martirio computetur ·

℟ Secundus rerum habitus eſt corpus · De quo iterum martirium deo offerimus · ſi eius difficilia domino exhibemus Eiꝰ aūt difficilia conſiſtunt in eiuſdez corporis afflictione · vt videlicet tal ac tanta ſit corporis afflictio · que corpus attenuet · faciem pallore exterminet · cotidiana afflictione in ara cordis ſanguinem fundat Hoc autez martirium triplici exercitio domino noſtro exhibet · ſcilz o mnium conſolationuz abdicatione · penali afflictiōe arduorū aggreſſione · S ℟ Primo dico q̄ q̄ corporali exercitio martiriuum recompenſare deſiderat · longe a ſe faciat omne quod delectat · a ōne quod ſecundum ſeculum et carnem deſiderat per omnia caueat et declinet · Et hoc eſt quod hortatur Āplus ad Roma · xiij · dicens Non in cōmeſſationibus et ebrietatibus · non in cubilibus a impudicitys · non in cōtentione et emulatione · ſed induimi dominum noſtrum ihesuz criſtū Gloſa · id eſt conuerſationez domini noſtri ihesu criſti qui omne voluptatem et carnis delectationē pēit⁹ declinauit Et ibidē ſeq̄t i p̄dicā auctoritate Āpli Et carnis curā ne feceritis i deſideriis Dicit

Gre. Ecce nulli nostrum in hoc tempore dicit dominus Pro me morere sed illicita tātūmō desiderria ī te occidē. ī Omelia q̄dā. Dic Her. Impone cōcupiscētie freenū a ꝓpter deū despicie qđ delectat. omni a blādimenta que occulta voluptate animū trahūt reice vt venenum. a hoc ad martiriuz spirituale cōfert multū valde. ¶ Secundum per qđ martiriū recōpensatur cōsistit in penali afflictiōe. vt viz semper ī nobis habeam9. qđ mordeat. qđ afficiat. qđ pūngat. qđ dolorem sensui nostro īferat et ingerat. vt qđ acuto dolore et acerba passiōe nō cruciat saltem diuturnitate molestz Vtsimus de numero eorum. De q̄b9 dicit Apostō. ad Hebr. xi. dicēs Sancti ludibria et verbera expti sūt. īsup et vincula et carcēs Lapidati sūt secti sūt. temptati sunt. īn occisione gladij mortui sunt. Notabiliter autē eis q̄ iam dicti sunt qui īn occisione gladij mortui sunt et alijs generib9 tormentorum sanguinē effuderūt. subiungit eos q̄ corpalibus afflictionibz effusionē sāguinis recōpensabāt dicens Circuierūt ī melotis. ī pellibus caprinis. egētes. angustiati. afflicti. q̄bus dignus non erat mūdus. In solitudinibz errantes īn mōtibus et īn speluncis et īn cauernis terre. Et hij ōnes testimonio fidei probati nuētī sunt. Ac si dicat. Hij ōnes sic et ꝑmi pmū martirū sunt consecuti. Quod etiā ipse Apō. transfigurauit īn se. i. ad Corinthios dicēs Vsq; in hanc horam esurim9 et sitimus et nudi sumus et laboram9. colaphis cedimur. a īstabiles sumus. manibus nris operātes. persecutionē patimur et sustinem9. blasphemamur et obsecram9. tā q̄ purgamēta huius mūdi facti sum9. oim ꝑripsima vsq; adhuc Ex quibus oibus animati et nos super cōmunem cursum stat9 nīi quia desūt psecutores vt sanguinē fūdant. singulares dolores q̄ nos conterant afficiāt et crucient singuli singulariter assumamus Quod si pusillanimitate nostra prepediti vitaz nostram hoc martirio non signamus cōmunī statu contenti. vt nos aliquo predicto tum dolorum volūtarie affliga9. saltem eos dolores quibus nos domin9 affligit ne reprobi sim9 nullatēn9 recusem9. sed oi grātiarum actione eo q ꝺ singulari dei grā nobis prouenīūt deuōte a grata ter suscipiamus. Omnes enim electi cōfessores q̄tū cumq; sancti q̄tumcumq; dilecti sup cōmunē sanctitatis sue statum singuli singulariter sunt afflicti. nec mirū. q̄to enim āplius diligūtur. tanto crebrius et durius afflīgūtur. Vnde Judith. viij. Omnes q̄ deo placuerūt per multas tribulationes fideles transierunt. ¶ Item Prouerbi. Quem enim deus diligit corripit et quasi pater īn filio cōplacet sibi. a cur hoc ē. q̄ purgat puluerem et auget gloriam īn futuro. Nam de prim ō dicit Gre. Quod flagellū ignō. qđ fornax auro. qđ lima ferro hoc facit tribulatio viro iusto. De secūdo dicit Apō. ij. ad Corith. nn

Jo qđ momentaneū est a leue tribulationis supra modū i sublimitatem eternum glorie pondꝰ opatur in nobis. Vnde est q de sancto viro Gregorio legitur. Lentis q̄dem sed iugibus estuabat febbꝰ. podagre necnō sincopis pulsabatur i omodis vt ipemz de se testatur in quadam epla quam scripsit cuidam epō. Item beatus Bernhardus de seipo dicit Infirmitas mea pausandum michi indicit sicut sepe facit. sed quiꝺ ego in flagella patus sum sciens me adhuc longe recipe imparia meritis. vapulem plane vapulem vt male operans. si forte vbera i merita reputentur. T. Tercius qđ confessoribus sanctis accedit ad corpalem afflictionē ꝺsistit in difficilium et arduorū opatione. vt non mollia non leuia que dño solent nauseam puocare sed fortia aggrediamur. quā formam invtiſpatrum verissime inuenimꝰ expressazde quibusdam. qui triduano ieiunio vl quatriduano se affecerunt. et in orationibꝰ frequent pernoctabant. Que tamen precipue de saluatore legimus. q̄ opabatur vt gygas ad currendā viā suam. q̄ omnia que agebat fecit et perfecit in supmo. vnde sepe de eo legitur q erat pernoctans in oratione. De hoc exercitio monemur Josue. v. vbi dicitur. Ad montana conscendite. per mota ardua et difficilia volens itelligi. De quo saluator Mat. vi. Contendite intrare per angustaz portam. fortissima indiget contentiōe qui in arduis exercitꝰ a difficilibus semper desiderat conuersari. Que scilicet conuersatio adeo est angusta q pauci ambulant in ea sicut debent. Hec difficultas prefigurata legitur. iiij. Regū. xxij. vbi dicitur. Ascendit Jonathas reptans manibus et pedibus a c̄. Necesse est enim vt omni conatu et omnium membrorum certamine hec difficilia opera peragantur. De hoc genē martirij corporalis exercitij dicit beatus Bernhardꝰ. Est martirij genus et effusio quedam sanguinis i cotidiana corporis afflictione. Sic quidez infirmis et pusillis corde necesse est vt quē semel pro xpō ponere non sufficiunt mitiori sed diuturniori martirio sanguinem fundant. qđ quāto minus habet de acuta passiōe tanto plus habet de continuatione. et si c longitudine recupatur amaritudo. Vnde Gregorius. Pax nostra habet martirium suum. quia et si carnis colla ferro non subdimus. spiritiali tamen gladio carnalia desideria mēte trucidamus. Item Bernhardus. Genꝰ martirij est spiritu facta carnis mortificare. Illo mimiruz quo mēbra ceduntur ferro horrore imitꝰ sed diuturnitatꝫ molestius.

V. Tercius veruz habitus est de amma. De qua iterum deo martirium offerimus si eius difficiliora deo exhibemus. Eius autem difficillima consistunt i tribus. scilicet inimicorum dilectione. contumeliarum patienti perpessione. in subtracte gratie dilatiōe. Propio dico ab aīa nrā offerꝰ martiriū. si eos q̄ nos psequūt

diligim⁹ ꝓ tē deum · diligere au tē inimicū quantū ad affectum est neccssitatis ⁊ cadit sub pceepto · quantū autē ad operis effectū est ꝯsilium · q̄ inimicis velle bonā ḡ́ am et gloriā est neccssitatis · exhi bere aūt signa amicicie est cōsilij et pfectionis · Vñ cum Math · v · dicerz dñs · Diligite inimicos vōs pcepit affectū cordis · cū autez sbiungit · bñfacite hys qui vos o derūt · cōsuluit effectū operis · hec tñ beneficia et signa dilectionis e tiaz inimicis in omni exhibenda sunt de neccssitate · puta cum ali quis orat p ommib⁹ fidelib⁹ · vl̄ cū aliquis alicui omunitati impēdit aliquod beneficiū · in talib⁹ bene ficijs nō est excludend⁹ inimicus · qui si excludere⁊ hoc fieret ex huo re vindicte · q̄ esset vtiq̄ contra caritatē · et otra p̄ceptū dn̄ qui precipit Leuit · xix · Non queras vltionē inimicoz · nec sis memor iniurie ciuium tuoz · Sed sunt ali qua bñficia que quis exhibet par ticulariter · ⁊ talia exhibere inimi cis nō est de neccssitate salutis · ni si in articulo neccssitatis · sc̄m il lud Prouerb · xxi · Si esurierit in micus tuus ciba illū · si sitit potum da ei · Hāc sentēciā ponit beatus Thomas in · iij · q · xxv · Sed q̄n tum est de ꝓposito · qui preter ar ticulū neccssitatis cordis affectum et operis effectuz · quotiens opor tunitas se obtulerit · exhibz inimi cis tā in omni q̄ in particulari · hoc ipsum p martirio computat⁊ · Vñ Ap⁹ .i. ad Tessal · v · Videte ne quis malū p malo reddat · hoc est em̄ difficillimū et omni amari⁹ passione · ¶ Secundū mārtiriū ab aīa deo exhibitū · consistit in cōtume liaz patienti pcessione · vt videli cet tacita conscientia · sine cordis et oris murmuratione contumeli as et obprobria sine causa ā pro ximis sufferamus · opponētes sem per clipeū patientie · et verba vul cia reddentes · Ad q̄ hortat⁊ nos Ap⁹ ad Ro · xij · Noli vinci a ma lo · sed vince in bono malū · hoc em̄ faciens carbones ignis congeres autem super caput eius Hoc exē plū habemus a dño · qui se conui ciātes in bono semper vicit · p cō tumelijs et obprobrijs verba vul cia reddēdo · Math · xxvij · Vach qui destruis templū dei · mouētes capita sua super eū dicentesq̄ · a lios saluos fecit seipsum saluum facere non potest · et simlia mul ta ei improperantes · Ipse autem dulcissimam orationē reddidit di cens Pater dimitte eis q̄ nesciūt quid faciūt · De hys duob⁹ generi bus martirij dicit beat⁹ Gre · in omelia quadaz · Ferre otu melius odientes diligere martiriū est in oc culta cogitatione · X ·

¶ Terciū genus martirij q̄ ab amma deo offeramus · consistit in ꝯ tracte gratie dilatione Homo em̄ deuotus assuetus visitatione diui na et spūalibus influētijs freque ter delibutus · si vt assolet hec gra tia subtrahitur grauissime cōtur batur · nec est genus martirij q̄ huic merori et dolori equipollet · si tamen diutius suspendatur Ho mo em̄ a gratia sic derelict⁹ ere dit se dominum offendisse · et eiꝰ amicitiam pretue perdidisse ·

Hme dicit bēatus Bernhardus Anima que semel accepit a dño et didicit intrare ad seipsam· et intimis suis dei presentiā suspirare et querere faciem eius sepe· nescio an vel ipsam gehennā expiri ad tempus horribilius penali? reducat· ꝙ post spūalis studij gusta tam suauitatem exire denuo ad illecebras et molestias carnis· Dico vobis ꝙ michil tm̄ formidat quisquis hoc beneficiuz semel accepit· ꝙ ne a grā derelictus necē habeat denuo egredi ad carnis consolatiōes immo desolatiōes· turbinemq carnaliū sensuum sustinere tumultus· Qui ergo ad p̄mium martirij festinat· predicta exercitia deo exhibeat· et pro martiē suscipietur Qđ nob̄ prestet cui

Sermo· lxxxv· De sancta Cecilia virgie et martire p̄mo p̄m?

CEcilia famula tua dñe quasi apis argumentosa tibi deseruit· Verba ista sunt Vrbani pape Ceciliā om̄edātis de conuersione sui sponsi Tiburtii et Valeriani· vt in passiōe huj? beate virginis legitur· et multis alijs operibus virtutum quibus emicuit· Dicit Sapiens Eccli· xi· Breuis in volatilibus apis· et p̄cium dulcoris habet fructus eius In verbis ergo p̄positis commendat ecclesia virgine n Cecilliam opans eam api p̄ter solertiam operandi· Habet autez apis vt in libro de naturis dicitur multas p̄prietates i operatiōe mellis sui· quibus informamur vt si mel spūs sancti ab alueolo cordis nostri oportare cupimus istam aculam imitemur· sicut ista virgo beata Cecilia imitata est eam· et ex hoc mel scz spiritum sanctum de quo dicitur Eccli· xxxiij· Spūs meus super mel dulcis· in fui cordis alueolo oportauit· et per consequens est translata ad gaudia celi· Vbi sicut dī Job· xx· Riuul flumina torrentis mellis et butiri perpetuo satiatur . A. Sūt aūt octo p̄prietates apū· quibus in ofectione mellis naturaliē se exercēt Primū em̄ opus earz ofistit i alueoli purgatione· scōm in circūlimitiōe· terciū in apum p̄ medium diuisione· quartuz in mellis portatione· quintū in cibi p̄paratione· sextū in laborz continuatiōe· septimū in vigilātissima mellis oseruatione· octauū in summe pacis obseruatione Dec per ordinem p̄sequentes· Primo dicim? ꝙ cū homo i p̄ma creatione dignitate et dominio super omnē creaturā esset ostitutus· vt leges et ēgl'as agendi et viuendi daret ōmbus creaturis· a qua dignitate quia volēs cecidit· nūc inter bestias computatur· dicente Dñs· Homo cuz in honore esset non intellexit &c· Ideo in humilitate nrī iubemur nūc sapiētiā a creaturis minimis discere· ex p̄mo casu stulti et fatui nimis facti· Sic em̄ dī Prouū· vi· Vade ad formicā o piger et ꝛ sidera vias eius et disce ab ea sapientiam · Sic a simili discam? a studio et labore apum quomodo et nrm̄ laborez et studiū debea? ordinare Primū ergo op? ofistit

in alueoli purgatione. Sic et nos ante omnia alueoli conscientie nostre purgemus. nihil in ea pernitz relinquentes. qd conscientia vulneret et inquinet vel suggillet. Qd facere monemur Ecc. vij. De negligentia expurga te cu pauris. Que sunt contritio confessio satisfactio. Que tria si sufficienter fiant purgant omnem maculam peccatoz. nō essātes ab illa purgatione. donec spūs sanctus testimoniū phibeat spūi nrō. qz omia peccata nra sunt pmissa nobis. ℞. Secundum exercitiū apū est circūlimitio. Limunt em alueolum suuz amaro succo. ne animalia violentia volētia melle vesci accessum habeāt. sed statim vt senserint amaritudinez illico resiliant. a ad gustū mellis nō ptingant. In hoc informamur qz qui melleam dulcedinē spūs sancti in alueolo cordis sui portare desiderant. foris se circūlimant a maritudinē contemptibilis habitus ostēdētes. a exhibētes se omnibus hominibus despicabiles. abhominabiles. et despectos. ne quicqz laudis vel humani fauoris sibi surrepat. quod mel interioris dulcedinis corrumpat. Sicut illa in Canticis spōsa fusco nigri coloris circūlimebat se foris. ne aliqd interiorē pulcritudinem offuscaret dicens. Nigra sum sed formosa. Sic Apostolus interiorem decorez amaro succo contemptibilis habitus circumlimebat cum dicebat. pma ad Corinth. xj. Vos fortes. nos infirmi. vos nobiles. nos ignobiles. vsqz in hāc horam esurimz et sitimus. nudi sumus. colaphis cedimur a instabiles sumus. omnū pessima vsqz adhuc. Qui tñ de melle interioris dulcedinis fuerit. ij. ad Corinth. xij. Scio hominem in xpo raptum huiusmodi intertium celuz et audiuit archana verba. que non licet homini loqui nec. Sed quid dicimus de hominibz cum ille gloriosus et speciosus forma pre filijs hominum. in quo habitat plenitudo diuinitatis. de cuius plenitudine vt ait Johānes. omnes accepimz grām p gratiā. tanto succo amaritudinis se circumlimebat. vt scdz Ysayā. liñ. nō esset ei species neqz decor. Sic em dicit de eo. Ecce vidimus euz quasi leprosū. Percussū a deo et humiliatum. Ipse autē vulneratz est pter iniquitates nras attritus est pter scelera nostra. Hāc formam omnes sancti deo placere cupientes imitati sunt. castigantes et deformantes se exterius. vt interiorem dulcedinez comportarent. vel comportatam conseruarent. Sic em dicit beatus Bernardus. Omnis cura sanctorum spreto ornatu cultuqz superfluo exteriorīs hominis. qui certe corrūpitur. omni se diligentia prebet et occupat excolendo et decorando interiorem illum. qui ad imaginem dei factus legitur. a renouatur de die in diem. Certi enim sunt deo non posse esse quicqz acceptius imagine sua si proprio fuerit restituta decori. Qui ergo taliter vt supra dictum est se nō mutant facilitez euanescunt. vt enim dicit beatus Gregorius.

dēpōati dēsiderat qui thēzaurū publice in via portat. Qđ ꝑu de multis experimento cognoscitur. qui post primaz deuotionis dulcedinem redeunt ad ꝓfueta. ⁊ cupientes placere hominibus. deo īsipiunt displicere. quib⁹ dicit dominus illud Apoc. v. Habeo adūsum te q̄ caritatem ꝑmā reliq̄sti

C Tercia apum ꝓprietas hec est vt per medium se diuidentes. vna pars mellis materiā importāt. et alia pars importatā materiam intus ordinat et cōponit. Sic fcā apis homo deuotus nō ex duabus ꝓstet naturis. scz corpore et aīa. per medium sē diuidat. et p corpus corporalia. et p spm̄ spiritualia cum summa diligētia operetur. Nam de corporalibus simul et spiritualib⁹ dicit Ps. Holocausta medullata offerā tibi cū incenso arietū. offeraz tibi boues cum hircis. Nam in eo q̄ dicit holocausta medullata tangit spīalia que sunt interiora. In eo aūt q̄ subiungit boues cum hircis tāgit corpalia que sunt exteriora.

De eisdem autem diuisim monet nos Apl̄us ad Ro. xn. Nam cum dicit Obsecro vos per misericordiam dei vt exhibeatis membra vestra hostiam sanctaz tangit corporalia. Cum autem dicit ad Thīm Exerce te ad pietatem tāgit spīalia Si ergo velimus vt iubemur imitati aperulam p corpus hō opa corpalia oporteamus. ⁊ ea dē p purā et sincerā deuotionē. rectā intēt̄ionē. ardentē dilectionē in dōm ordinemus. et in ipo mel dine dulcedinis ꝓficiem⁹ Quic

quid enim de nōmis operibus nostris deo non attribuimus nō ēt meritorium apud deum. sed ipsa nostra opera vigorem et valorez a deo accipiunt quē ponimus fundamentū. Ipsa em̄ opa nostē ex hoc fundamento deo erunt meritoria vite eterne. que sine eo facillas et emerem nō valerent. ñ em̄ estimāt apud deū vt a nobis. sed vt eius cui attribuimus ⁊ cui ea dāmus p affectuz. et inde fiūt gratiora et precīosiora Et sic patz quomodo nos debeamus per medium diuidere et in vtraq; ꝑte sine deliter laborare.

D Qua ta apum ꝓprietas consistit in florum comportatione. Comportāt enim mella sua de diuersis genēribus florum meliores succos de singulis colligentes. Sic et nos facere debemus si mel spūs sancti in nobis conquirere cupim⁹. de singulis sanctis et religiosis hominib⁹ qđ melius in eis inuenimus ꝛportantes. Non em̄ ommibus omnia dant. sed vni datur qđ alteri denegat. sēm Gregorium. Diuina dispensatione deus in electis suis dona dispensat. vt vni det qđ alteri denegat. et vni minus qđ alteri minus tribuat. vt dum ille illuz habere conspicit quod ipse non habet. dona dei vicissim alter in altero miretur. et per consequens humiliet̄ur. Hoc enim agit̄ur in cordibus hominum qđ in regionibus terrarum. quia vna regio abundat frumento carens vino. alia vero abundat vino carens frumento. alia vtrumq; habens caret nemoribus. qđ totuz

p in

deꝰ facit· vt dum vna regio indiget omercio alterius· ex hoc in eis mutua dilectō in pacis trāquillitate nutriatur· Vnde Ber· vtutes hominū a moꝛes eoꝛ obiectās ait Alium intueoꝛ singularis absti mentie· aliū admirande patiētie· aliū fume humilitatis· aliuz feruētissime caritatis· alium multe mā suetudinis· aliū magne misericoꝛdie et pietatis· aliū ex otemplatiōne frequenti exœdere· hunc orationū instantia cœlos penetrare· De quibz ommbus tāqꝫ apis qđ melius in eis inuenim⁹· in cordis nostri alueolū poꝛtemus· E·

Quinta apū ꝓprietas est· qꝫ secundū estimationē cibi cōpoꝛtati comedūt plus a minus· vt si multū habuerint plus comedāt· si minus habeant minus comedant· Sic et nos· qꝛ p emissionem voti· nō paꝛ dico· sed nihil pemitus p pruum habemus· ideo considerantes nostrā inopiam parum de bonis seculi in vsus nostros assumamus· omnem superfluitatem diligentissime precauentes· Quicqꝺ em de superfluo in vsus nrōs accipimus noxium erit· ac si peccata comedamus· qꝛ sola necessitas victualiū erit sine culpa· Vñ Ozee· nn· dicitur nobis ex persona dei· Peccata populi mei comederūt· Quod exponens beatus Gre· dicit· Pensemus cuius damnatiōis sit sine labore mercedē laboris percipere· etœ ex oblatione fidelium viuimus· sed nūquid ꝓ animabz fideliū vt oꝛtet laboramus? illa in nostro stipendio sumimus· que pro redimendis peccatis suis fideles obtulerūt· nec tm vt peccata eadem vel oīonis vel ꝓcationis studio redimantur vt dignū, est insudamus· Propt quod nos cautos facit Aplus dicēs· Victū et vestitū habentes hys otenti simꝰ· qꝛ sola nobis necessitas mulgeꝫ

F Sextū exercitiuz apū consistit in laborum continuatiōe Tpe em tempestatis continue laborant in opere suo· vacantes autem et ocio torpentes corripiunt grauiter et castigant· Sic et nos tempore accepto· dū licet laboremus operemur qđ bonū est· tempꝰ enim veniet in quo nihil pemitus possumus operari· Vnde Sapiens admonet nos dicens· Quodcūqꝫ potest manus tua facere instanter operare· qꝛ nec opus· nec ratio· nec sapientia· nec scientia est apꝺ inferos quo tu properas Vnde Ecclesiastes· ixi· Mane semina semen tuū· et vespere ne cesset manus tua· qꝛ merces erit operi tuo· Itē dns in euangelio Operamini dum dies est· quia venit nox in qua nemo potest operari· Cur autem sit operandū· nunquid vt ditemur? Non· Sed vt ait Apostolus ad Ephesios· iiij· Labeat vnꝺ tribuat necessitatē patiēti· hoc est tibiipsi si patiaris necessitatē· si laboribus non intendas· Quid autem laborandum siue agendum nobis sit docet nos beatus Bernardus dicēs· Queris quid agas· in quo te occupes Primū extra quotidianū sacrificium oratiōnū vel lectiōnis studium quotidiane discussiōi cōscientie· emēdationi· moꝝ oppositioni· pars diei neganda non est·

dēinde operandum est manibus qđ mūngitur · non tam qđ aīmū delectando ad horam detineat q̄ qđ spūalibus studijs delectatiōē conseruet · In quo remittatur se pe animus ad horam · vt non vsol uatur seriosius animus ad omnē se laborē aparat. nec in eo dissol uitur · sed per eum magis i semet ipsum colligitur · qui semper pre oculis habere debet · non tam io quod agit · sed quo agendo intēdit

G. Septimum exercitium apum consistit in vigilantissima mellis conseruatione Quicunq; em̄ sibi furripere nititur corpus et vitam in defensionem mellis exponunt · Sic deuotus homo mel spūs sancti in corde suo ogestuum omni diligentia custodiat · vt si mundi caro homines demones vel quilibet proximus hoiem aggrediēdo quicq̄ subripe nitiē per qđ spūs sancti gratia extingui vel minui poterit · vitam et corpus in defensionem exponat · vt patiē tiam seruare valeat · et tranquillitatem animi non amittat · ne si vulnerata fuerit dulcedinez mellis amittamus. Vnde Ecclesiasti ci · x · dicitur · Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te locum tuum ne dimiseris · Ac si dicat · si impugnatio quantumcūq fortis te impugnat nō cedas nec da locum impugnationi V Vnde beatus Bernhardus · Nec cedendum nēc recedendum est etiam si grauis temptationuz feruor vtriusq; hominis statum vehementer conquassauerit · eligam9 potius arde te q̄ cedere

H. Octauuz apum exercitium consistit in fume pacis obseruatione · Nulla enim alia quacunq; ex causa conabat vel molestat mœbite vel aliqua liter inquietat · Sic et nos studeamus pacem habere cum omnib9 hominibus nulla ex causa aliquē perturbantes · Et hoc monet Apostolus dicens · Quantum in vob est cum omnibus hominib9 pacē habentes Quia vt ait Prophēta in Dō · Bonum et iocundum est habitare fratres in vnum · Maxime autem studeamus pacem habere cum conscientia nostra et deo · que pax fume nobis necessaria est ad salutem · quia si cum deo pacem habuerimus · necesse ē vt omnia seruent nobiscum pacez · quia vt dicitur Sap̄ · v · Armabit creaturam ad vltionem inimicorum · et pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos Vñ Job · ix · Quis restitit ei et pacez habuit? Quasi dicat nemo Et ide ō iterū dicit · Acquiesce ei et habeto pacem cum eo · et habebis fructus optimos · qui fructus sunt remissio peccatoruz · grārū collatio · vtutū adeptio · Quos nobis ac-

Sermo · lxxvi · De scā Katherina ī quibus eā imitemur sermo p̄mus ·

Ec ē vgo sapiēs quā dns vigilātē iueīt dicit Ben · digne deo spūali mtīmo cōpulant · q̄ei9 dilectiōis ītuitu virorū cōnubia carnis delicias mūdi gloriā otēpserūt · In verb et gōpositis a p̄plici progatiua btā

Katherina cōmendatur ꝙ a tar
mis incorruptiōe · sciētie illustratio
ne · et operꝝ circūspectione · Pri
mū ibi · Hec est virgo Secūdū ibi ·
sapiens Terciū ibi · quā dñs vigi
lantē inuenit · Nā de ꝓmo ꝙ eius
ỽgimitate in legēda sua dicitur ·
ꝙ cum Maxentius ei diceret · Nō
te quasi famulā habere cupimus ·
sed vt regina potens et electa in
regno meo triumphabis · Respō
dit Katherina · Attende et tu rex
et discerne quē magis eligere de
beam · aut potētē eternū glorioſū
et decorū · aut infirmū mortalem
et ignobilē et deformem · De secū
